DISPVTATIO CABALISTICA R. ISRAEL FILII R. MOSIS

De Anima

ET

Opus Rhythmicum R. Abraham Abben Ezræ de modis, quibus Hebræi legem solent interpretari.

Verbum de verbo expressum extulit Nobilis IOSEPH DE VOYSIN.

Adiectis commentariis ex Zohar, aliisque Rabbinorum libris, cum iis, quæ ex doctrina Platonis conuenere.



PARISIIS,
Apud TVSSANVM DV BRAY, via Iacobæa, sub Spicis Maturis.

M. DC. XXXV.

Cum Privilegio Regis, & Approbatione.



EMINENTISSIMO
PRINCIPI
CARDINALI
DVCI DE
RICHELIEV.

I*Nter assiduos hominum applausus, ac vota publicè, viritimque de honore tuo certantium, patereme* (Princeps Eminentissime) *tuis aduolui genibus* Animam *in manibus ferentem; quod spiret,* &

á ij

placeat totum id esse tui muneris ambientem. Eam ad se vi quadam allicit sublimis Eminentiæ tuæ genius, vti puriorem inde spiritum hauriat nec enim clarius videri possit animus immortalis, quam tuis illustratus radiis, cuius facta, dictaque omnia plena sunt immortalitatis. Vidit tenimirum, & miratus est orbis sub Christianissimi Regis auspiciis Oceani fluctibus iura ponentem, comprimentem vndarum, ventorumque impetus, ac per inuia quæque iter aperientem, vt perduelles populos vi primum, & armis, tum imperio, & auctoritate compesceres. Magnificum exinde

fuit, & tuum, ſuperatis Alpium ſcopulis, velociſsimi ſyderis more, omnia inuiſere, omnia audire, & vndecumque inuocatum ſtatim velut numen adeſſe, & aſsiſtere, vt ſociorum ſalutem cum Regia dignitate defenderes. Erat hactenus inſperatum nouas imperio Gallico adiungi prouincias: adiunxiſti. Coniuratas in perniciem regni hoſtium copias, Gallia bello, metuque liberatâ, in ipſorum terras conuertiſti, vt ereptum Principi illud in principe beatiſſimum reſtitueres, quod nihil cogitur. *Summum eſt opus Eminentiæ tuæ disiunctiſsimas regiones prouidentiæ ingenio ve-*

lut admouere, intercedere casibus, occursare fortunæ, atque omni ope adniti, vt tibi dies omnis summa cum vtilitate nostra, cum tua laude condatur. Credimus, Eminentissime Princeps, *quod Romanorum sapientissimus de Heroum tradidit animis, datum esse patriæ animum Eminentiæ tuæ, quo illam tuereris; vt quum omnes animos immortales esse non dubitemus, tuum veneremur, vt diuinum. Hæc noscenda posteris fama proponit, atque explicat. Te per titulos, fastosque memores honor æternus annalium colet. Mihi summus est fructus fœlicitatis, vt coram tuum nu-*

men aduenerer, intuear benignitatis tuæ ſydus: ac in offerenda tibi hac Anima, *illam ipſam qua ſpiro, Eminentiæ tuæ in perpetuum oppigneratam, atque deuinctam profitear.*

EMINENTIÆ TVÆ

Addictiſſimus

VOYSIN.



AD BENEVOLVM & Eruditum Lectorem.



HAbes, amice Lector, opus antiquæ apud Hebræos fidei, magnæque autoritatis. Operis Rythmici de ratione commentariorum in ſacram ſcripturam autor eſt R. Abraham Abben Ezra ob inſignem doctrinam, & ſapientiam dictus καθ' ἐξοχὴν ſapiens. Diſputationem de anima quaſi centonem ex Zohar compoſuit

R. Iſraël

R. Iſraël filius R. Moſis. Extat impreſſa lublini anno 352. ſupputationis minoris inter collectiones eius ſub hac inſcriptione [illegible]; quæ ſunt adiunctæ nouo Zohar impreſſo Cracouiæ anno 1603. Zohar autem liber eſt apud Iudæos celeberrimus, quem putant eſſe ſcriptum ante collectum Talmud. Adiecimus notas ex ipſo Zohar edito Cremonæ ann. 1558. Alijſque claſſicis Hebræorum doctoribus vſi ſumus, vt eorum doctrina clarius innoteſceret; Ideoque viſum eſt etiam transferre quæ ex Platonis philoſophia in ipſorum dogmata conueniunt,

é


Sic detectis gentis illius insidiis, minus erit periculi, facilior cautio: frustra enim iacitur rete ante oculos pennatorum: tum ex receptis apud Iudæos opinionibus, poteris aduersus illos, tamquam ex ipso, vt aiunt, boue lora sumere. Vnum illud prædicendum videtur, esse eruditionis tuæ cogitare, quod scripsit Plinius ad Maximum Athenas adeuntem. Sit apud te honor antiquitatis, sit fabulis quoque. Si tibi primus hic adolescentiæ meæ gustus placeat, amice lector; Agnosce fructũ filij, quem excoluit paterna manus Senatoria. Vale.

APPROBATIO.

NOs subſignati ſacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis Doctores, legimus Diſputationem Cabaliſticam R. Iſraël de Anima Chaldaïce conſcriptam, nec non opus Rhythmicum R. Abraham Aben Ezræ de modis quibus Hebræi legem ſolent interpretari Rabinice editum; quæ verbum de verbo latine expreſſit Nobilis vir *Ioſeph de Voyſin* Burdigalenſis adiectis Scholiis ex Zohar alijſque Rabinorũ & Platonicorum libris. Cuius verſionem ſynceram, omnínoque Chaldaico, Rabinicoque textui conſentaneam comperimus. Ne tamen hi Authores, alioqui ſtudioſis vtiles, mutili prodirent, neue incautus lector cespitaret, cenſura animaduertimus in ea loca, quæ veritatis fideique Chriſtianę tramitem prętęriebantur. è Muſæis noſtris anno domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quinto vigeſima tertia die menſis Ianuarij.

H. PARENT. D'AMONT.

Censura Doctorum.



Vemadmodum Ethnicorũ libri quando cum suis næuis, & erroribus prodiere, maiorem Idololatrarũ cæcitatem mentis expresserunt: sic Iudæorum lucubrationes, quibus veritatis, & iustitiæ Sol Christus non illuxit, dum prout ab ipsis conscriptæ sunt, in vulgus emittuntur, maiores ignorantiæ tenebras, quibus offunduntur, veri luminis penuria accuratius produnt. Eam ob rem Nobilis viri D. de *Voysin* in editione integra, & versione horum duorum opusculorum Rabbi Israel, & R. Abben Ezræ, adhibitis ad singula capita scholiis, consilium & mentem ita probauimus, vt si quid ingeniosum, si quid vtile, & scitu dignum in iis foret, maxime in ea, quam erudite compegit, synopsi omnium, quæ de anima sensere Iudæi, lectoribus non inuideremus: & simul si quid è Iudæorũ, aliorũq; opinionibus à ratione absonũ, si fabulosũ, si quid à fide deuium, si quid iustitiæ Christianæ normam præteriret, minutatim, ne quis ad illa impingeret, dispungeremus.

Cap. 1. pag. 5. Quæ ex Zohar commemorantur de libro per Razielem ad Adamum delato, cuius omnis doctrina Angelos superiores latebat: nisi de reuelationibus peculiaribus factis Protoparenti circa mysteria gratiæ

accipiantur, fabulosa sunt.

Cap. 1. pag. 2. Perperam, & contra veram creationis rationem, quæ est ex nihilo productio, è luce creata à Deo elementa significat R. Israel.

In notis pag. 176. & 177. temere comminiscitur author Zohar Adamum beneficio lucis creatæ ab extremo ad aliud orbis extremum visu pertigisse, eamque lucem, quæ ex Genesis 1. est ipsamet dies, ob peccata hominum infulsius subdit latuisse: nec minus inscite præsens lumen cum futuri sæculi luce confundit. Ibidem R. Meir Aldabi dum tantam esse ait conditam lucem, quantam creaturæ ferre non possent, atque illius septimam tantum partem esse relictam summam Dei sapientiam, quæ omnia in pondere & mensura molita est, lacessit.

Pag. 179. Iamblici opinio veræ Philosophiæ obluctatur.

Pag. 185. ait Zohar Deum in capite, siue in seipso punctum vnum fecisse, in quo formauit ideas mundi; quæ quidem æternam Dei perfectionē, & immutabilitatē conuellunt.

Pag. 189. versum illum Psal. 110. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, idem Zohar Abrahamo, cuius sacerdotium haud fuit æternum, imperite tribuit.

Pag. 193. de sole facto ex puluere, qui est sub solio gloriæ, opinio absurda, & commentitia.

Pag. 201. Omnia esse puluerem, in eumque tandem reditura, si de aliis, quam mixtis corporibus adstruat Zohar; falsum & erroneum, sicut & fabulosum, quod de puluere domus sanctæ proloquitur.

Pag. 204. & 205. & 206. Quæ refert author libri inscripti *Cedri Libani* de consilio inito à Deo cum Angelis, deque eorum sententiis circa molitionem hominis, eiusque peccatum, fabulosa sunt, scripturæ aduersa, & quæ testimonia de mysterio Trinitatis eludunt.

Pag. 208. & 209. Talmudis Babylonici sententia de ingenti corporis Adami mole, deque ea post peccatum imminuta, fictitia est.

Pag. 210. R. Maimon asserit Adamum ante peccatum in cognitione intellectiua, nullo indiguisse sensu, vel corporis adminiculo; sed in hoc desipit, tollitque mixtum ex corpore, & anima concentum.

Pag. 211. Insulse Zohar & contra rerum successiuarum conditionem affirmat Deum condito mundo simul creasse 7. dies, 7. septimanas, 7. annos, 7. millia annorum durationis mundi, temereque hunc 7. millium annorum terminum orbi præfigit, ibidemque veterem errorem de Angelorum cor-

poribus insinuat.

Pap. 212. Idem Zohar contra verum orbis situm, & cosmographiam terram Israël omnium altissimam esse, superiorique expansioni seu cœlo adhærere contendit.

Pag. 213. Velut sacrarum litterarum nescius author Zohar omnes homines ab Adamo prodiisse, aliosque reliquarum regionum populos ad Dei similitudinē effictos esse negat.

Pag. eadem, & 214 & 215. summam Dei bonitatem conuellit, & blasphemat R. Moses Bar Schemtof, dum illi affingit duas animarum causas, mundam vnam, alteram immundam statuisse; ad eundemque scopulū allidunt auctor Zohar, qui partem vnam sanctam, alteram immundam, & Plato, qui duo exemplaria, diuinum aliud, aliud impium asseruere, si aliud sibi velint, quam dæmones Deo minime annuente mala, Angelos sanctos ipso iubente bona suggerere.

Pag. 216. Huius hemistichij genuini: Ad similitudinem Dei fecit illum, hoc est ad similitudinem Deorū alienorum, expositio Zohar impia, blasphema, contra seriem textus & genuinum eius sensum.

Pag 217. De libro ablato Adamo, iterumque restituto, quem transmisit ad Seth & posteros; deque eius libri mysteriis fabulosa narratio.

Pag. 221. & sequentibus vsque ad 225. R. Me'ir Aldabi & R. Moses Bar Schemtof ie. iunis, falsis nonnunquam, & fabulosis rationibus detortisque, & contra natiuum sensum acceptis scripturæ locis homines Angelis perfectiores esse adstruunt.

Pag. 229. & 230. Multa fabulosa promit Zohar de sex primis diebus creationis, falsoque ea solis Israelitis affigit.

Pag. 235. & 236. R. Moses Bar Schemtof confingit, gratis nutantem mundum propter peccatum Adami, in pristinum rediisse statum data lege in monte Sinai; sicut & Rabbini falsa, & erronea obtrudunt pag. 237. de corporibus eorū, qui ad hortum Eden transuehuntur; maxime vero de corpore Eliæ.

Cap. 2. pag. 7. R. Israel legem constituit finem opificii mundi; cumque ait, qui versatur in studio legis; firmare mundum. Quæ si de sola lege Mosis accipiat, à veritate aberrat: quemadmodum & pag. 8. contra expressa scripturæ loca totam terram lationis motu concuti non obscure significat.

Pag. 278. in notis ad cap. 1. Ineptè Talmud fabulatur multas luces creatas esse ante mundum: cum lux, siue spiritualis, siue corporea, pars sit aliqua mundi, absurdiusque lucem affingit gehennæ, quæ tota tenebris inuoluitur, atque per errorem, & hæresim il-

lam

illam non in vltionem, sed correctionem impiorum institutam, sicque non fore æternam tacite concludit.

Pag. 252 supina admodum inscitia Maimonides virtutem miraculorum edendorum, rerum naturis inditam pronunciat, quam scripturæ Dei omnipotentiæ, quæ creaturis vtitur, adrogant, & annectunt.

Cap. 3. pag. 9. Deum benedictum, legem, & Israel ita sibi mutuò adhærere, vt ab eo nexu, & consortio exulent reliquæ gentes, opinio præsumptuosa, & falsissima, cui reclamant scripturæ

Pag. 262. & 263. in notis circumcisionem tanti esse ponderis, vt absque ea non foret mundus productus, eamque omnibus præceptis æquiualere, qui docent Iudæi, status innocentiæ dignitatem, qui hac non indiguisset, percellunt, & legis naturalis, atque Decalogi obseruationem necessariam irritam faciunt.

Cap. 4. pag. 13. Animas præextitisse corporibus, pluresque à Deo conditos mundos deliramentum est veterum Philosophorum veritati fidei aduersum.

Pag. 264. & sequentibus vsque ad 279. in notis ad caput 4. ex simili errore animas præfuisse corporibus, deque earum scientia, & reminiscentia: de spiritibus variis animæ

adiunctis, deque accessu, & recessu eorum multa temere & fabulose efficta enarrantur.

Cap 14. Animæ iam iam in corpus delapsuræ quæ contingant, ingeniose ementitur.

In notis ad caput 5. pag. 286. vsque ad 297. de horto Eden. & gehenna, de descensu animarum in ea, antequam subeant corpora: deque rebus illis demonstratis: de duplici Messia prolixa descriptio stertentium somniis simillima cum abusu scripturæ sacræ, in eo maxime. quod ex ea ipsamet obnitente Core, Datan, & Abiron non affici pœna, neque subesse iudicio euincere nituntur Iudæi.

Cap. 7. pag. 21. Hoc Psal. 122. hemistichium. Propter fratres meos, de Deo insulse, & longe à textus serie exponit Zohar, indeque peius, atque adeo contra ipsa Prophetarum vaticinia infert domum Dei fore perpetuam apud Israelitas, sed & impudentius singularem Dei prouidentiam, Angelorumque custodiam non minimum extenuat, quando neminem præter Israelitas operibus aliarum gentium prospicere venditat.

Pag. 24. modi illi loquendi Dari Deo robur, si bene egerint Israelitæ, sin secus consopiri Dei fortitudinem, iniuriosi sunt Deo, & blasphemi. Ibidem & Deum non dedisse Principes Israelitis, nisi in firmamento, propudiosum aduersus scripturā sacram mēdaciū.

menti nomine indigetari, quot ſententiæ, tot impietates Iudæorum, & hæreſes ſcripturæ locis præpoſterè intellectis adornatæ.

Pag.353 intellectum agentem eſſe decimam ſphæram, cui præſit Angelus Semael, ex quo prodierint Dæmones (qui Dii alieni appellãtur) nec non animæ gentium, figmenta abſurdiſſima, quæ Deo animarum rationalium, & Angelorum creationem adimunt.

Pag. 357. & 358. De Dæmonibus ex ſemine Adami exortis, aliiſque tum ex Lilith vxore eius, cùm ex Noemah ſorore Thubal Cain prognatis. Item & de Iudæorum ſuperſtitioſo ritu geſtandi nomina ignota quorumdã Angelorum, vt ſe ſe tueantur à Lilith, nequiſſima deliramenta eorum, qui fidem veram exuerint, & paganiſmum induerint.

Pag. 360. animas in ſuperioribus, aut inferioribus nihil ſortiri ſibi æquale, eſt Angelis ſuam dignitatem abrogare.

Cap. 8. pag. 27. & 28. ex innouatione animæ, & pœna, qua nocens afficitur, eam cum corpore emori, & perire Subinnuit R. Iſraël.

Pag. 29. Receptacula animabus varia pro religionum varietate ridicule exſtruit; atque ex eadem quidditate animæ, ſectas religionum fore naturales. & neceſſarias ſtolide ſimul & impie inducit R. Iſrael.

Pag. 23. vſque ad 26. R. Iſrael ingenti faſtu iactat Iſraelitas tantum vocari Adam: ex cuius nominis pari numero cum litteris Iehouah, friuole colligit eos ſolos eſſe filios Dei; eamque ob rem eximi ab influentiis, & virtute aſtrorum, quibus reliqui populi ſubduntur. Falſum denique, & ſcripturæ ſacræ aduerſum init diſcrimen inter Iſraelitarum, & reliquarum gentium animas.

Pag. 326. in notis ad cap. 7. de reſurrecturis in vitam æternam omnibus Iſraelitis, deque iuſtificandis inter illos impiis poſt mortem, exactis aliquot reuolutionibus, peruerſum dogma, cui obluctatur ſcriptura veteris teſtamenti.

Pag 327. & 330. ſuſcitādos in corpore alio impios: ſuſcitataque omnium corpora aliquandiu fore imperfecta, provt antea fuere, poſt modum perfectionis ſtatum conſecutura, nouaſque inuehere poſt reſurrectionem generationes, errores ſtolidi, atque a fide prorſus alieni.

Pag 336. & 337. populos vniuerſim tantum, non ſingillatim ab Angelis protegi ſubinſinuat: prius vero profligari Angelos nationum principes, quam in eas animaduertat Deus: & ſi quando moliantur aliquid Angeli illi aduerſus Iſraelitas, Deum ipſum ſimul aggredi: Iſraelitas quaſi ſolos electos firma-

Cap. 9. pag. 31. 33. & 35. animam post mortem superstitem, non esse eandem, quæ affecerat corpus: diuersas idem corpus simul subire animas, illudque corpus antecessisse, sunt nugacissimæ Iudæorum nugæ, quæ sacrorum codicum inscitiam arguunt, quam nimium de se prodit R. Mekir Aldabi vsus laudato textu Esa. cap. 57. v. 16. vt hanc animarum antecessionem subinferat.

Pag. 398. & sequentibus vsque ad pag. 407. longa de matrona mundi texitur ex Iudæis fabula.

Pag. 40. cap. 12. Multa de animabus refricat, quæ iam perstrinximus.

Pag. 41. cap. 13. Animas post mortem versari inter cadauera, & consuescere hominibus, paganismi delirium est.

Pag. 423. 424. & 425. in notis ad cap. 13. de variis speciebus Nephaschot, deque rebus quas experiuntur: de percussione sepulchri, quæ fit per Angelos, à qua etiam ne quidem plane iustos eximũt, cæcutientiũ in fide, & anilium cogitationum placita.

Pag. 428. & 429. Impios purgari in gehenna, qui solum cruciantur: virum iustum extra terram Israel obeuntem præpediri à Dæmone: varias esse animarum ad varia loca profectiones, falsa, erronea, & fabulosa proposita.

Pap. 430. de deſcenſu, & aſcenſu Neſchamot per 12. menſes, allato ad id fulciendum Samuelis exemplo, mera, & erroris plena fictio.

Pag. 444. & 447. Auerrois, & Zohar. aſſertio, intellectum abſtractum eſſe ſpiritum ſanctum, ſimul animas damnatorum, & dæmones falſo, & inaniter ſanctificat.

Pag. 51. cap. 16, pag. 453. in notis, ſuperiorem errorem de præexiſtentia animarum obtendunt, & inculcant Zohar, & R. Iſrael.

Pag. 454. 455. 460. 468. 470 De duplici Meſſia, de vtriuſque aduentu, de ſex millenariis ante aduentum Meſſiæ Ben Ioſeph: de ſignis præcedentibus aduentum eiuſdem: de Antichriſto & natiuitate eius: deque eo quod vterque Meſſias appellandus ſit Dauid, multa recenſentur, quibus Iudæi, velut nugis, commentitiis vanitatibus, portentoſis erroribus, & ineptiſſimis ſcripturæ ſacræ interpretamentis, veram de vnico Meſſia doctrinam obuoluunt, conſpurcant, & commaculant.

Pag. 470. & 471. alias gentes ab Iſraëlitis & proſelytis eorum minime reſurrecturas; impioſque Iſraëlitas poſt mortem aliquando tandem expurgandos, Errores iam ſemel merito traducti, & damnati.

Pag. 472. animam Adami, Dauid, & Meſſiæ eandem impie, & blaſphemo ore ex my-

ſterio Cabaliſtico pronunciant.

Pag. 473. De reſtituendis poſt reſurrectionem generationibus, Platonis erroneum placitum, non obſcure ſignificatur.

Pag. 481. in notis ad cap. 17. Angelum cuſtodem Eſau luctatum eſſe cum Iacob, cuius percuſſura futuram afflictionem populi Iſraëlitici deſignarit, ſuperſtitioſæ, & ridiculæ diuinationes.

Pag. 59. cap. 18 Iſraëlitas non potuiſſe totam legem implere, blaſphemia eſt in Deum; contraque iuſtitiam eius pugnat, Iſraëlitas quamtumuis improbos ſaluatos iri.

Pag 60. cap. 19. & pag. 484. in notis vnico præcepto acquiri perfectionem, vt pote hoc, non concupiſces, aut altero de Circumciſione, hæreticum, item & blaſphemum.

Cap. 21. pag. 67. & 68. & in notis 491. de coniugiis animarum, ex quibus oriundæ animæ proſelytorum, de creatione animarum, maliſque earum affectibus antequam ineant corpora, futilibus, vaniſque fabulis obſtrepunt, ſenſumque ſcripturæ ſacræ ad id firmandum deprauant Iudæi.

Pag. 492. 493. & 494. pro recta intentione patris infundi hanc, vel illam animam in prolem. De patre, & conceptione Dauidis iuxta illud Pſal. 51. In iniquitatibus conceptus ſum: de mutatione animarum in proſelytis.

De animabus Adami, seth, & Mosis, quæ singulæ communes fuerunt, & infusæ sexaginta myriadibus aliarum animarum: atque in suas 60. myriades animam Adami peccatum transfudisse, conficta mendacia, nefandissimasque Iudæorum blasphemias nemo vel minimum in scriptura sacra versatus non dixerit.

Cap. 23. pag. 69. & in notis pag. 496. superius confossos errores retexunt.

Cap. 23. p. 71. & 73. R. Israel idem molitur.

Cap. 24. pag. 74. solos circumcisos ad Deum pertinere & cap. 25. pag. 77. a diuisione linguarum animas formam, & imaginem Dei amisisse, propositiones sunt, quæ sacra eloquia manifeste impetunt cum multis à R. Israële insulse dictis, sæpiusque repetitis.

Cap. 26. pag. 82. Angelos à via mala auerti posse, si deliquerint, falso præsupp..t R. Israël; sicut & Maimonides pag. 501. absurde ex imperio diuino necessitatem illis imponit.

Cap. 29. p. 94. verba hæc Deut. Stillate cœli desuper, & nubes pluant iustum, a germana interpretatione de verbo Incarnato ad alium sensum perperam detorquet R. Israël.

Pag. 94. & 508. 510. & 511. solem, & Lunam initio pares lumine fuisse: descendere animas

per

per misericordiam, & Iudicium: preces ad astra fundere ex Plotino. 70. vitæ annos per 7. gradus definiri, mera somnia, quæ Iudæi velut mysteria abstrusa ostentant.

Pag. 517. 518. 521. 522. Reditum animarum, vt culpa originis deleatur; metempsychosin: earum in corpora animantium detrusionem, impios in alio corpore resurrecturos, imprægnationem animarum, quia vnius anima alterius, vel plurium animabus cohæret, & adiuncta est, imperitissime, falsissime, & impiissime extorquent Iudæi ex scripturis, & eliciunt.

Pag. 530. Iamblichus animas præextitisse corporibus falso sibi persuadet.

Pag. 535. Maimonides oscitanter, & inscite facultates corporeas angelos dictitat.

Cap. 35. Pag. 119. Stolidissimum figmentum ex Zohar de dictione ascendente ad Deum, deque septuaginta coronis, quibus ab eo donatur, supra aniles fabulas ridiculum.

Pag. 543. & 544. in notis cap. 35. R. Mexir Aldabi cum animas ab igne pati neget, & R. Moses bar Schemtof contra, quia animæ suam ab igne repetunt originem, vterque hallucinatur grauissime.

Pag. 546. De apparentibus Leone vel Cane in igne sacrificiorum, mendacissime confictum miraculum.

Pag. 370. contra rectam philosophiam & Theologiam, animam, quæ rationalis est vniri corpori, aut materiæ Plotinus it inficias.

In notis ad Psal. 51.

PAg. 130. maculas Lunæ obrigisse, ob peccata Dauidis; eamque initio regni Salomonis deletis maculis omnino splenduisse, fabula, quam explodunt quotquot in orbe sunt, vel fuerunt astrorum periti.

Pag. eadem peccata constituere aliqua aduersus homines, non aduersus Deum, est præcepta 2. tabulæ expungere.

Pag. 131. Iudæi iniquissime eluunt Dauidis adulterium, eo quod præuidisset Deus Bethsabæam aliquando illi fore vxorem, neque dum impudice cum ea versatus est, amplius esset vxor Vriæ ob datum illi ab Vria, antequam ad bellum proficisceretur, libellum repudii; sed & non minori cum iniustitia diluunt scelus homicidii illius, quasi Vrias vocato Ioab Domino suo, læsæ maiestatis crimen incurrisset; quæ omnia scripturæ, & Dauid ipse falsi arcessunt.

Pag 133. exercitum cœlestem detrimenti aliquid cœpisse ex dispendio exercitus Dauidis, qui illius typus erat, summæ stultitiæ


opinio, quæ æterna caducis dimetiatur.

Pag. 137. his verbis Dauidis Psal. 26. tenta me Domine & proba me, confictam, & ridiculam subdit R. Israël responsionem.

Pag. 140. falso & inique Zohar detrahit Naboth eam iustitiam, qua posset stare coram Domino, quem nullius criminis, aut leuioris culpæ insimulat scriptura sacra.

Pag. 147. Quid sibi velit Zohar de ædificio domus sanctæ, haud satis liquet: quod tamen submittit angelos etiam superiores non posse in illud prospicere, crassissimum errorem inuehit.

Hæc velut præcipua notis censoriis confiximus *Christiane Lector*. Si quæ alia eius furfuris, aut minoris momenti præterlabi siuimus; tu ipse horum exemplo castiga, neque vllam tibi assumas è Iudæorum scriptis sententiam, quam ad veræ Theologiæ trutinam præeunte tibi perito aliquo doctore non expenderis. Vale.



DISPVTATIO CABALISTICA DE ANIMA.

R. Iſraël.

CAPVT PRIMVM.

Agit de dignitate creationis hominis, qui ſimilis eſt ſuperis.



AVS Deo domino ſæculorum cuius ſedes eſt in æthere ſupra aërem: illius eſſentia expers materiæ & formæ nec proferri nec cogitari poteſt. Deus vnus æternus

ante materiam, omnia creata prouidentia sua regit, cælos, cælos cælorum, & multa millia myriadum Angelorum suorum, qui nec loqui nec celebrare, neque complecti narrando possent splendorem diuinitatis nominis sancti eius. Cuius est magnificentia, decor, victoria & maiestas, est enim omnipotens existens ante tempus: fecit Pleiadas & orionem, & penetralia Austri, & eduxit è luce beneplaciti sui opus suum, quando dixit à principio operationis suæ, fit lux, & fuit lux flammans: extulit ex abscondito verbum suum, & creauit ex luce elementalem ignem, & aerem, etiam & spatia maris & aridæ, quorum possessionem omnibus creatis tradidit. Ex splendore gloriæ suæ creauit stellas & signa & corpora mensurarum, distantiarúmque principia; sphæris & stellis imposuit præfectum reuolutionum, qui motus circulares corporum sphæricorum perpetuo dirigit, statuit in luminaria corpora illa mirabilia quæ Creator posuit seruos semper cum oblectatione enarrantes gloriam suam sine labiis; ordinem suum sine

labore & fatigatione seruant, quod æquum est præbent, seruiunt, omnipotenti corruptionis expertia, statuit ea corpora in luminaria, quæ lucem Incolis orbis impertiant in Zonis & extremitatibus. Fecit terram & cœlos & congregationem aquarum, terræ autem tribuit colles, & planicies, montes & valles, quibus, vt irrigentur, parauit vapores & nubes, definitaque sunt tempora, quibus herba è terra erumpens, mox ipsius benedictione fœcundè crescens posteá germinet. Laudetur qui posuit altum tabernaculum ministris suis, qui quotidiè ipsius Laudes eructant. Terram autem fecit locum lapidum & metallorum, vegetabilium & viuentium iuxta speciem vniuscuiusque; quibus ad satietatem vsque alimenta exhibuit, hominem verò super terra erectó ad cœlum capite creauit, vt esset similis superioribus, quemadmodum dicunt in Zohar sectione Accipe summam num. 4. v. 21. veni vide quando creauit Deus benedictus hominem in mundo, fecit illum ad similitudinem superioris gloriæ, de-

ditque illi fortitudinem in medio corporis, vbi est cor, robur & alimentum totius corporis, & inde totum corpus formatur, & omnia membra aluntur, ipsum verò cor vnitur & adhæret loco eminentiori, id est cerebro, cuius sedes est in parte superiori corporis, ita vnum cum altero colligatur. Veni vide quando creauit Deus hominem, collegit puluerem ex quatuor lateribus mundi & ossa eius composuit in loco sanctuarij inferioris. Ecce explicata est dignitas creationis hominis, qui similis est superioribus & inferioribus: ideo Deus collegit puluerem eius in loco inferioris sanctuarij, quod factum est ad similitudinem superioris. Propterea etiam appropriat illi Deus benedictus in creatione eius verbum in prima persona, illúmque quinque rebus commendatione dignis à reliquis creaturis distinxit, primo quia totum hoc opus sibi vendicat Deus benedictus dum dixit, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: secundo quia loquitur in plurali faciamus quasi hominem creando potiusquam in omnibus

alijs operibus consilio indigeret suorum consiliariorum: tertio propter rationem quam fusè tractat auctor ligationis capite tertio dicto octauo & sectione Balak cap. 82. in Zohar sectione in principio Gen. 1. Cum verò versaretur Adam in horto Eden, misit illi Deus benedictus librum per Razielem Angelum sanctum præfectum secretis superiorum sanctorum. In eo exarati erant Characteres superiores sanctæ sapientiæ, etiam septuaginta duæ species sapientiæ: & hæc nondum tradita erant superioribus sanctis, sed erant omnia in eo libro recondita, donec peruenit ad hominem; tunc Angeli superiores conuenerunt vt audirent & discerent, & dixerunt Eleua supra cœlos Deus, supra terram gloriam tuam Psal. 57. mox accessit ad eum Hadarniel & affatus est hominem. Homo tu occultas gloriam domini tui, ita vt nulli superiorum præter te possit Innotescere &c. Finis vero creationis est propter hominem, vt constanter seruiat Deo in lege & confessione, sin secus, mundus redigeretur in nihilum, quemadmodum

docent magistri nostri beatæ memoriæ ad versum v.9. Psal. 76. Terra tremuit & quievit, sic est quia lex & mundus communi vinculo mutuo adstringũtur, quẽadmodum reperimus in Zohar sectione Generationes Isaaci Gen. 25. v. 19.

CAPVT SECVNDVM.

De Connexione legis & mundi in homine.

Quando voluit Deus creare hominem, dixit lex, si filius hominis creetur postea peccet &c. præterea explicat connexionem legis & mundi in homine.

QVando Deus benedictus, habebat in animo creare mundum, respiciebat legem, & propter illam Creavit mundum. Quando hominem creavit, dixit lex, si crees hominem postea peccet, & iudices illum: quare erit frustra opus manuum tuarum, nec enim poterit ferre iudicium tuum? Respondit illi Deus

benedictus, paraui pœnitentiam antequam crearem mundum. Dixit Deus benedictus mundo quando fecit & creauit hominem, dixit mundo. Munde tu & leges tuæ non ſtatis niſi per legem, ideoque hominem creaui; vt ſollicitè verſetur in ea, alioqui redigam illum in nihilum, omnia autem propter hominem ſtant quomodo ſcriptum eſt Eſa. 45. v. 12. Ego feci terram & hominem ſuper eam creaui ego, at lex ſtabilit & prædicat hominibus, vt ſollicitè occupentur in ipſa; nullus autem inclinat aurem ſuam. Veni, vide. Quicumque verſatur cum ſtudio in lege, ille firmat mundum & ſingula ſuo quæque ordine ſtatuit, vt par eſt; nec enim vllæ ſunt hominis partes quæ non habeant quid ſibi reſpondens in ijs quæ creata ſunt in mundo: quemadmodum diſtincta hominis membra per gradus omnia iunguntur, & aptantur inuicem vnum corpus efficientia: ſic omnes mundi per membra creati ſunt quæ ſtant inuicem & compoſita vnum Corpus ſimpliciter efficiunt, & omnia illa ad inſtar legis, tota enim lex eſt in membris & ca-

pitibus quibus inuicem ſtantibus & compoſitis efficitur vnum Corpus. Hoc opus attendens David exclamat Pſal. 104. v. 24. Quam magnificata ſunt opera tua Deus. Hinc etiam patet legis & mundi cōmunio cum homine: Certum eſt enim in hominum prima formatione, vtique cauſam vniuerſalem concurrere, ideſt cœlum & terra mouētur propter illos, & ab illis operantur, ſibique inuicem abundè ſatisfaciunt, ordinem ſuum continuo ſeruant, & motibus ſuis vnum ab alio defertur, ita vt his duobus hominis felicitas perficiatur, eoque magis quòd lex diuina perfectionem comprobat quomodo Leu. 26. v. 3. Si in præceptis meis ambulaueritis &c. Dabo pluuias vobis &c. non dixit ſi bene colueritis terram more gentium, id enim non reuocatur in dubium, ſed ſi ſeruaueritis legem & præcepta, vt fuſè tractat autor ligationis ſectione. Noachi Generatio Gen. 6. v. 9. cap. 12.

CAPVT

CAPVT TERTIVM.

De Coniunctione Dei benedicti, legis, & Israël.

Tres gradus sibi inuicem adhærent, Deus sanctus benedictus, lex & Israel.

MVndus, lex & homo, vt diximus, sibi mutuo adhærent, ita etiam legimus Deum benedictum, legem & Israel, se se mutuo amplecti. In Zohar sectione Post mortem Leu. 16. v. 1. Dixit R. Eliezer. Veni vide. Beati sunt Israëlitæ, quibus hæreditatem superiorem sanctam plantauit Deus scriptum est enim Prouerb. 4. v. 2. Quia donum bonum tribuam vobis, vobis & non reliquis gentibus. At quoniā est abscondita gloria superior nominis eius, lex tota simpliciter est occulta & aperta in mysterio nominis eius. Ideoque Israël est secundum illos duos gradus occultum & apertum: & discimus tres illos gradus,

Deum benedictum, legem & Israël vnumquemque iuxta gradum suum inuicem coniungi occultè & apertè, Deum benedictum iuxta gradum suum occultè & apertè, legem etiam iuxta gradum suum occultè & apertè, similiter Israël iuxta gradum suum occultè & apertè, quo modo scriptum est Psal. 146. v. 19. Annuntians verba sua Iacob, iustitias & iudicia sua Israël. Duo hi gradus Iacob & Israël, vnus occultus alius apertus in quo differunt? Quicunque circuncisus est & signatus nomine sancto tradunt illi verba aperta legis; id est docent illum litterarum principia, capitum principia & materiam præceptorum legis, nihilque amplius, donec alium gradum conscenderit hoc est quod primo dicitur Annuntians verba sua Iacob rectè, sed iustitias suas & iudicia Israël. Hæc sunt arcana legis, constitutiones legis, mysteria legis, quæ non sunt aperienda nisi in superiori gradu constitutis, vt par est, quod si quis vel minimam litteram legis tradiderit ei qui non est circuncisus, perinde est ac si mundum vastaret & negaret nomen Dei be-

edicti, & in sect. Apparuit autem
Gen. 18. v. 1. Veni vide. Lex vocatur
actum, Deus bened. vocatur pactum,
hoc signum pactum, vocatur & ideo
uicem hæc omnia coniunguntur,
ec vnum ab alio separatur. Dixerunt
. Iose Quoad legem & Israël rectè:
vnde nobis Deum benedictum vo-
ri pactum? Respondit illis quia
riptum est Psal. 107. memor fuit
is pacti sui, & ad confirmandum
od diximus mundum stare tribus re-
s iam dictis, Prou. 10. v. 25. Et iustus
t fundamentum mundi, stabiliens om-
a quæ nutabant audiendo vocem do-
ini & legem eius. Ideoque Deus bene-
ctus & lex & mundus & homo mutua
hæsione iunguntur vt dictum est. Qua-
opter dicunt magistri nostri beatæ me-
oriæ. Quando suo tempore proditurus
homo in aërem mundi adiurant il-
m, vt seruet legem & mandata: totum
im opus creationis & finis eius est
opter hominem, vt versetur in lege
emadmodum diximus in Zohar se-
ione oblationem capient Exod. 25. v. 1.

Quando creatus est mundus nihil firmum & stabile erat donec illi venit in mentem creare hominem, qui legi operam daret, cuius gratia stetit mundus. Nunc qui pro viribus studio legis incumbit, ille stabilit mundum. Deus benedictus respexit legem & creauit mundum, homo vacat legi & mundum stabilit, Constat itaque opus & basim totius mundi esse legem, præterea ibidem, Beatus est homo qui assidue legem meditatur, ipse enim sustinet mundum.

CAPVT QVARTVM.

De modo creationis hominum.

Quando vult Deus creare hominem, dicit vni Præfecto. Adduc talem spiritum, & monet illum &c.

QVando vult Deus creare hominem statuit coram se figuram eius, quam eodem prorsus modo quo est in hoc mundo, componit. Ibi in vno re-

eptaculo omnes animæ mundi induunt
ingulæ suam figuram & quando iam
unt delapsuræ in hunc mundum, vocat
Deus benedictus vnum præfectum, cuius
otestati commissæ sunt omnes animæ
n hunc mundum iam iam delapsuræ, &
icit illi. Age, adduc talem spiritum.
tatim accedit illa anima induta figuram
uius mundi. Affatur illam Deus, &
diurat, vt postquam descenderit in
nundum, ad sui contemplationem ani-
num appellat. Quicunque in hoc mun-
o diuinæ contemplationi non vacat,
atius esset illi nunquam extitisse. In
ectione & inclamauit Leuit. 1. Quando
Deus benedictus illas animas infundit
ominibus, quoties obtestatur illas, per
uot præfectos hortatur, vt custodiant
nandata sua: præterea traducit illas per
nille & octo mundos, vt oblectentur in
s videndo gloriam eorum qui legi totos
e tradunt Egreditur & stat coram rege,
um veste splendida ad instar huius mun-
i, & cum veste lucida contemplatur
uotidie gloriam regis, qui illi multas
oronas imponit.

CAPVT QVINTVM.

Quando tempus venit, quo descensura est anima in mundum per triginta dies diuersatur in horto Eden.

QVando iam est in mundum delapsura, residet in horto Eden per triginta dies vt videat gloriam domini iustorum: & ascendit ad locum suum, postquam verò descendit in mundum coronat illam rex septem coronis, donec ingrediatur corpus humanum, Peccantem verò in hoc mundo, & tenebris eius se tradentem sic arguit lex. Quid est omnis hæc gloria & perfectio quam tradidit animæ Rex supremus, si peccet coram eo. Anima enim cum peccauerit Leu. 5. quid hoc est cum peccauerit &c. Id supra fuse tractatum est in sectione & inclamauit Leuit 1. locum consule.

CAPVT SEXTVM.

Longa excusatione præfatur veniam ag-gressurus quæstionis dubium; vtrum & quare populus electus subiiciatur virtuti constellationum & inclinetur secundum dictum R. f. m. filij, vita, & victus non ex debito.

POstquam præfati sumus quæ præmitti postulabat institutũ nostrum; ebemus excitari ad dubium magnum in uo versamur: videturque explicanda alami lingua anxia cordis dubitatio,& ylo scribæ velociter scribentis res ex-licanda, & proferendæ animi cogita-iones de iis quæ melius possent concipi, uam ore & lingua exprimi. Hoc autem t quod intendimus hominem iustum imore Dei regnare & fulcire mundum t dictum est supra. Itaque attendamus d dubium, quod omnes periti legis tam peculatiuæ quam eius, quæ in mandatis onsistit perpendere debent; Inde enim

dubitatio oritur & confusio, quam ignarus, qualis ego sum, non examinat. Homo enim intra se anxius palpabit tanquam cæcus, & quærere & scrutari verebitur, ne exeat tanquam ignis, & inueniat spinas & diffundendo diffundatur pustula, ideſt error, & lepra, ideſt, hæresis & dissentio. Ita vt plane incidat in id quod dicit Iob 9. v. 2. Integritatem non noui & tædebit me vitæ meæ, quia spiritum sedatum non affero animæ meæ. Consilium autem quo dirigatur eſt, vt hoc perfecta speculatione obseruet, etiam proferat labiis suis, vt audiat, & cum mente secum reuoluerit, id exprimat lingua calami, vt sibi & aliis audientibus vocem ipsius, prosit: Quicunque enim intelligit, & reputat secum se scientiam esse assecutum, quid hoc eſt nisi etiam aliis id patefaciat siue dicto, siue scripto, alioqui nullam scientiam libris mandatam haberemus. Verum ego abiectus sum inter Israelitas, Elementum humile, pascens cinere cor ſtultum, ignorantia notam facit abiectionem meam, ſtultus factus sum à scientia,

humilis

umilis & despectus qui quæstionibus
elebribus populo meo non possum
espondere, æqualibus verò meis, vel
tiam inferioribus ne quidem satisfacere.
tiam me timidum auertunt cogitatio-
es meæ, etenim inquam inferamne vo-
uminibus meis, quod meum defectum
rodat & manu mea fiet opus styli, quod
ne inscitiæ arguat, & renibus meis pla-
as percutientium inferat & sagittas ia-
ulantium aduersus populum sodalitij
nei. Quo me igitur vertam? anima mea
lesiderat scire & intelligere verba doctri-
æ. Væ mihi si loquar, væ mihi si non
loquar. Simili in re dicit Dauid Psal.39.
.3 obmutui & humiliatus sum, & silui
bonis, & dolor meus renouatus est,
oncaluit cor meum intra me, & in me-
litatione mea exardescet ignis, locutus
um in lingua mea. Aperuit angustiam
uam, & quod dixerat in corde suo, fore,
t à peccato caueret, dum lingua eloque-
etur, quanto magis coram impio, ne
orte ex verbis eius hæresim disceret.
Quod si ita tacebat, vt ne quidem inte-
iori sermoni locum daret; in anxietate

&dubio intra se versabatur, & tacebat etiam à bono, quod expectabat, ideoque renouabatur dolor eius: vt hinc inde se expediret solebat hæc loqui. Notum fac mihi Domine finem meum &c. vt expositum est in ligatione capite 6. Itaque si, vt par est perscrutatus fuero, bene est: sin secus. Audi ex ipsa lege quod præcepit Deus dicendum.

CAPVT SEPTIMVM.

Nititur probare Israelitas non subiici Astris.


Omnia, inquit, verba ad quæ animum appulit homo, nec potuit intelligere radicitus, illa disponentur die Resurrectionis.

APeri iam oculos tuos & vide quod scriptum est in Zohar sect. & habitauit Iacob Gen. 37. v. 1. R. Eliezer dixit. Cum euigilaueris illa תשיחך loquetur in te. Quid hoc est loquetur in te? idest quando surgent è puluere, legis non erunt obliti: cognoscent enim totam le-

gem, quam ex hoc mundo diſcedentes reliquerant, ſeruaturque ea ab eo tempore & interiora eius ſubibit, & omnia verba meliori ordine ſtatuentur quam antea eſſent, omnia enim illa verba quæ vt parerat, aſſequi non poterat, quamuis cum ſtudio illis operam daret, omnia illa ſuo quæque ordine diſpoſita ſubibunt interiora eius & lex loquetur in eo, & hoc eſt quod dicitur. Cum euigilaueris ipſa loquetur in te. Hæc eſt horum verborum expoſitio. Quorum ipſe dum viueret, quamuis maxima cura & ſtudio conaretur, verum ſenſum aſſequi non poterat, quando reſurget illa radicitus & perfectè intelliget. In Zohar ſectione & miſit Gen. 32. v. 3. R. Simeon dicit omnia verba legis & totam legem ipſam, cuius ſtudium homo coluit in hoc mundo, ſtare coram Deo benedicto & elata voce loqui coram eo, nec reſpici. Tunc temporis illa loquetur prout homo in hoc mundo ipſius meditationi adhęſit: quapropter illi reſurgent reſurrectione perfecta in vitam æternam, vt diximus, ideo quia dicitur rectæ ſunt viæ

eius, iusti ambulabunt per eas. Hos. 14. v. 10. In Zohar sect. in principio. Quicunque quærit intelligere & scire, quamuis non assequatur, hoc illi laudi datur, omnes illum extollunt, & in sect. Balak discimus hominem non peccare dum curiosè minutias legis scrutatur, & quæstionibus suis quærit lucem verborum eius. Sic ego nunc dico. Iustificauit veritatem, & statuit eam in luce, in nocte vero fidem Psal. 92. v. 2. quia iustus est Dominus, iustitias diligit, Psal. 11. v. 7. Iustus & rectus est, & iudicia eius memorantur in lege, scrutare & disce: quod iam definitum & expositum est ore scribarum ex historijs & libris à sapientibus omnibus beatæ memoriæ prioribus & posterioribus. Dicunt autem magistri nostri constellationes cœlestes dominari virtute magna & præsidere humanæ natiuitati. Quare populus sanctus & electus ex omnibus gentibus (vt scriptum est Exod. 19. v. 5. Et eritis mihi in peculium de cunctis populis) stellarum & constellationum dominio subijcietur, cum videamus quæ sit dignitas hominis

creatione ipsius cum etiam omnes
undi, & lex ipsis hominibus colligata
neantur. Egredere & vide quod scrip-
m est in Zohar sect. sancti estote Leu.
. v. 1. R. Simeon orditur quam bonum
quam iucundum habitare fratres in
num, Psal. 133. Beati sunt Israelitæ, qui-
is non dedit Dominus benedictus ne-
ie principem neque legatum, sed
raelitæ amplectuntur Deum, & ipse
utuo Israelitas: propter hanc erga eos
lectionem, vocat illos Deus seruos
os Leu. 25. v. 55. Mei enim sunt serui
ij Israël: tandem vocat illos Deus fi-
os. Deut. 14. v. 1. vos estis filij domini
ei vestri; postea vocat eos fratres Psal.
.2. v. 8. propter fratres meos & proxi-
os meos, & quia vocat illos fratres de-
ernebat domum suam apud ipsos sta-
iere, quam eis non esset ablaturus. Ita
riptum est ecce quam bonum & quam
cundum habitare fratres in vnum, & in
ct. ingredere ad Pharaonem Exod. 10.
1. Vide nullus est qui curet opera alio-
im populorum, Israelitis exceptis, sunt
nim filij Dei. Quod si opera Israël non



ſint recta, vt par eſt, vt ita dicam præfecti illi Angeli quum volunt ſtare ſuper operibus Iſraël, vere ſtant ſuper domino, & hoc eſt quod dicitur Iob. 1. v. 6. Ad ſtandum ſuper domino. Quando Iſraël non facit opera recta, conſopitur, vt ita dicam, fortitudo Dei benedicti, at quando bona opera faciunt dant robur Deo, & hoc eſt quod dicitur Pſal. 68. v. 35. Date potentiam domino: quomodo? operibus rectis & in ſect. & inclamauit. ſit firmamentum Gen. 1. v. 6. hi ſunt Iſraelitæ, qui ſunt portio Dei benedicti, ſortiunturque locum qui dicitur cœlum, & hoc eſt myſterium quod aliquando petiit R. Duſa ſenior à R. Algae. Dedit Deus populis aliis principes, præfectos, dominos, vbi Iſraelitis dedit? Reſcripſit illi. Dedit illis Deus in firmamento cœlorum. Ex his omnibus dictis diſcimus corpora cœleſtia nullam virtutem neque influxum habere in populum electum & ſanctum, donec fuerunt opera eius media. Tunc ille aduerſa fortuna vſus eſt, neque fuit munditiés in manibus eius ad reprimendam vim aduerſæ fortunæ; &

ertendum malum à se. Vita eius in do-
re & angustia peragitur & ante tempus
oritur. De adhæsione verò nostra cum
eo mystice exponunt magistri nostri
ctum Ezech. 34. v. 31. vos vocamini
אדם homo. Quod si ita res haberet, non
caremini אדם sensus est. Nomen Dei
adratum scriptum plene יוד הא ואו הא
mdem numerum facit, atque vox אדם
est vos estis filij eius, quandoquidem
mmunis est vobis numerus. Quæ cum
sint, non habent nomen אדם homi-
s qui fato permittuntur. Similia his re-
ries in Zohar sectione Post mortem.
orsus est ille puer & dixit Mich. 6. v. 3.
pule meus quare feci te? &c. Deus be-
dictus amore quo prosequitur Israël,
cat illum populum suum מה עשיתי לך
uare feci te מה quare? nisi vt ires ad
nagogas & collegia. vt testeris me
um esse, quomodo dicitur Deut. 6.
4. Audi Israël dominus deus noster
us vnus est. Testaberis me esse vnum
dyrum nomine 42. dictionum quæ
nt in sect. Audi Israël &c. Hinc & di-
es, vsque ad. Et erit si audiendo, & ex
dictionibus

illis facies mihi vnum. Expositio מה quare feci te, est secundum numerum 45. quod est Dei nomen, vt supra dictum est, quomodo Gen. 1. v. 26. faciamus אדם hominem ad similitudinem nostram. Verum si ita res haberet, vt subijcerentur astris, non vocarentur illi simpliciter אדם sed ramus ex אדם quemadmodũ reperimus in Zohar sect. Iethro vide ibi scriptum est de Ismaële Gen. 16. v. 12. Et ille erit פרא hominis & non homo. Quia circuncisus erat, principium hominis habebat vt scriptum est, & ille erit פרא id est ramus, quomodo Esa. 10. v. 33. פארה collucaturus est ramum מה Quare fatigaui te Mich. eodem. Ideo fatigaui te in מה 45. vt quotidie legeres lectionem, Audi & insignires me nomine meo Deus dominus deus noster ex 42. dictionibus, quæ sunt in sect. Audi Israël, dominus deus noster deus vnus est. Ecce מה 45. ideo loquere & testare me esse vnum cui 42. conueniunt, quod est mysterium nominis 42. Ex his omnibus dictis patet dilectio Dei erga populum suum & hæreditatem suam, &
quemadmodum

uemadmodum viciſſim ipſe populus
eo adhæret & iungitur, legem que
us amplectitur, vt ſupra dictum eſt.
Æquum videtur totum poſitum cælo-
m & omnes conſtellationes eorum
biici & parere omnibus qui nomine
raël appellantur, & non ſolum vni pe-
liariter vt Ioſue quomodo Ioſue 10.
12. Sta ſol contra gabaon &c. Sed om-
ino nullum habent aſtra erga quem-
iam aſpectum dominantem. At ecce
tor Examinis mundi fuſe conqueritur
unquam poſſe auerti malum, quod
pectus ſtellarum inuehit. Sic vero lo-
uitur Iuuenis ego ſum, illi ſenes: ſtultus
go &c. locum conſule. Philoſophi
ripſerunt cœleſtes motus dominari &
gere affectum & potentiam mulieris in
onceptione, idque hoc argumento pro-
ant. Non quacunque coniunctione
oncipit mulier maſculum aut fœmi-
am; ſed certo tantum tempore quod ab
tris determinatur, & ita oratoriè deſcri-
it. Antequam egrederer à vulua, vias
ccupauerant &c. Expoſuit & dixit num-
uam poſſe auerti malum quod trahit
D

aspectus stellarum. Fortè verum est aspectum stellarum dominari rebus creatis sublunaribus, metallis scilicet & lapidibus, vegetabilibus & viuentibus & rationalibus ex aliis populis quibus non illuxit lumen legis, & quibus non est status nisi sub positu cœlorum & constellationum, vt dictum est & quomodo dicitur Deut. 4. v. 19. ne forte eleuatis oculis ad cœlum & videas solem &c. quæ distribuit Deus omnibus populis. Egredere & vide quod postea scriptum est. Vos autem tulit Deus: Quamobrem videtur astrorum aspectus in hominum natiuitatem nullam vim habere & virtutē influendi inclinandiue ad altiora vel ad humiliora, vt dictum est, & quemadmodum dicunt magistri nostri b. m. qui nascitur sub stella martis &c: omnia pendent במזל ab influentia. Filii, vita, & cibi non ex debito לא בזכותא Præterea quia animæ eorum differunt, animæ enim reliquarum gentium deriuantur ab intellectu agente quomodo explicabimus proximè, anima vero Israelitarum emanat à loco sancto, non pendet ab in-

uxu astrorum dominantium vt diximus.

CAPVT OCTAVVM.

raЀtat dubium quod proponit autor ligationis f. m. de quidditate animæ.

VErum enimvero auctor ligationis magnam difficultatem proponit e quidditate animæ cap. 6. sic habet. Ion negabis animam esse potentiam & ispositionem, tantum existere cum xistit corpus, cuius innouatione innoatur. Vel animam esse substantiam abolutam per se subsistentem, cui tamen diungitur modus existentiæ cum exiit, donec sub finem sic quæstionem initiuit. Quemadmodum statuimus, hæc ibstantia separata est per se existens oque materia: quomodo decreuit saientia creatoris eius illam subiicere poestati infirmæ huius vnionis cum hac iateria abominanda & fœtida quæ ad ræuaricationem procliuis est? vnde pri-

mum exortum est illi malum, parata sunt ei vasa mortis, perit simpliciter in societate illius, cum inciderit in aliquem defectum, propter quem sancita est à Deo benedicto mulcta. Lev. 23. v. 30. & perdam hanc animam de populo suo, & num. 15. v. 30. delendo delebitur anima in qua est iniquitas. Et sam. 1. cap. 25. v. 29. & anima inimicorum tuorum rotabitur. Et Malach. 4. v. 3. conficietis impios. Dicunt magistri nostri beatæ memoriæ. Israelitæ si in corpore suo præuaricati fuerint, totum corpus eorum & anima illorum comburentur. Nonne melius illi animæ fuisset primo sedere in sede domini pacificam & quietam, quam discurrere & prodire in aciem prælii, quo accedentes raro redeunt, & omnino illi homini satius fuisset non creari &c. Maior vero superest difficultas posito quod anima creata sit, antequam sit in corpore. Non negabitur ibi esse receptacula varia secundum numerum gentium quibus distribuuntur sectæ religionum, ex quibus variis receptaculis sumuntur animæ variæ singu-

rum gentium earum. Aut quiddita-
em animarum omnium esse vnam eam-
emque sine differentia. Verum ridicu-
im est animas vnum quid idemque esse,
uod si ita res esset, scientiæ & religiones
ssent necessariæ & naturales, ita vt non
osset quis ab vna conuerti ad aliam; cu-
us contrarium experientia omnium
emporum legum docet, & ipsa scriptu-
 testatur Zoph. 3. v. 9. Et conuertam
d populos labium electum ad vocandum
mnes. Est etiam impossibile creatum
nquam fuisse hominem sine lege & fi-
e: itaque debent esse animæ diuersæ.
uperest magna querela. Quomodo di-
ina sapientia & iustitia decreuerit ani-
arum iustarum & mundarum illas qui-
em esse in vitam æternam, has verò in
pprobria & abominationem. Quomo-
o determinauerit illos homines fore ex
elescher & Tyro & Æthiopibus & reli-
uis populis qui non viderunt lucem
ectæ legis diuinæ, neque audiuerunt
ocem eius: hos vero elegerit in popu-
im sanctum, quorum in corde est lex
omini. Preterea vno verbo inde seque-

se firmauerit homo, sese assiduo & familiari studio in hoc gradu perfecte exercendo, desiderat ascendere & videre facies Dei domini sui; tunc neschamah spiritus subit illum qui est in gradu perfectissimo. Hæc est summa verborũ eius, quibus de his fusè agit. Ex quibus discimus, propter dubia de quidditate animæ proposita illum fuisse coactum dicere animam superstitem non esse animam eam quæ erat primo. Profecto si sedulo quis scrutetur, inueniet solutionem omnium dubiorum eius. Nota, inquire, & inuenies. Initium orationis meæ docet, quo in loco. Quod enim dico non finxi, neque ex corde meo protuli, verum quærendo, reperi, & quemadmodum dixerunt magistri nostri b. m. laboraui & inueni. Crede doctoris argumenta sic esse vt retuli. Animam absolutam, intelligentem per se & creatam absque materia, quomodo voluit sapientia creatoris eius subiicere potentiæ infirmæ vnionis huius, & mixtionis cum materia ista, quæ procliuis est ad omnem præuaricationem. Nonne melius esset illi &c. Scito difficultatem

fficultatē propositam auxisse R. Cha-
b f. m, in expositione sua in examen
undi. Debet, inquit, omnis intelli-
ens aduertere mentem vt intelligat,
uis coëgerit spiritum superiorem per se
erfectum, & immaculatum, descende-
, vt se detruderet in carcerem corporis
um periculo damni & ruinæ, & sine lu-
o. Multi enim animam suam perdide-
unt suam sequentes concupiscentiam.
Quod si in ciuitate vnus, vel in familia
uo animas suas perfectas reddiderint,
dhuc tamen superest sciendum, quid
nde lucri cedat animæ. Ecce enim an-
equam ingrederetur corpus, hæc illi
ignitas per se aderat verè non figurati-
e, quemadmodum quis se domi re-
reat pacifice & quiete absque sollicitu-
ine defectus vllius gloriæ vel splendoris;
osuit in via gressus suos ad terram remo-
am, in viis quæ ducunt ad id assequen-
um quod domi habebatur, vel forte du-
ium est, aut verisimile non assecuturum
um eo peruenerit. Nec vero dubium
st magnæ id stultitiæ dari nisi ad hoc
is adegerit. Hæc est sententia eius de

se firmauerit homo, sese assiduo & fami-
liari studio in hoc gradu perfecte exer-
cendo, desiderat ascendere & videre fa-
cies Dei domini sui; tunc neschamah spi-
ritus subit illum qui est in gradu perfectis-
simo. Hæc est summa verborũ eius, qui-
bus de his fusè agit. Ex quibus discimus,
propter dubia de quidditate animæ pro-
posita illum fuisse coactum dicere ani-
mam superstitem non esse animam eam
quæ erat primo. Profecto si sedulo quis
scrutetur, inueniet solutionem omnium
dubiorum eius. Nota, inquire, & inue-
nies. Initium orationis meæ docet, quo
in loco. Quod enim dico non finxi, ne-
que ex corde meo protuli, verum quæ-
rendo, reperi, & quemadmodum dixe-
runt magistri nostri b. m. laboraui & in-
ueni. Crede doctoris argumenta sic esse
vt retuli. Animam absolutam, intelli-
gentem per se & creatam absque mate-
ria, quomodo voluit sapientia creatoris
eius subiicere potentiæ infirmæ unionis
huius, & mixtionis cum materia ista, quæ
procliuis est ad omnem præuaricatio-
nem. Nonne melius esset illi &c. Scio
difficultatem

fficultatē propositam auxisse R. Cha-
o f. m, in expositione sua in examen
undi. Debet, inquit, omnis intelli-
ns aduertere mentem vt intelligat,
is coëgerit spiritum superiorem per se
rfectum, & immaculatum, descende-
, vt se detruderet in carcerem corporis
m periculo damni & ruinæ, & sine lu-
o: Multi enim animam suam perdide-
nt suam sequentes concupiscentiam.
uod si in ciuitate vnus, vel in familia
o animas suas perfectas reddiderint,
huc tamen superest sciendum, quid
de lucri cedat animæ. Ecce enim an-
quam ingrederetur corpus, hæc illi
gnitas per se aderat verè non figurati-
, quemadmodum quis se domi re-
eat pacifice & quiete absque sollicitu-
ne defectus vllius gloriæ vel splendoris;
osuit in via gressus suos ad terram remo-
m, in viis quæ ducunt ad id assequen-
um quod domi habebatur, vel forte du-
um est, aut verisimile non assecuturum
um eo peruenerit. Nec vero dubium
t magnæ id stultitiæ dari nisi ad hoc
s adegerit. Hæc est sententia eius de

illis facies mihi vnum. Expositio מה quare feci te, est secundum numerum 45. quod est Dei nomen, vt supra dictum est, quomodo Gen. 1. v. 26. faciamus אדם hominem ad similitudinem nostram. Verum si ita res haberet, vt subijcerentur astris, non vocarentur illi simpliciter אדם sed ramus ex אדם quemadmodũ reperimus in Zohar sect. Iethro vide ibi scriptum est de Ismaële Gen. 16. v. 12. Et ille erit פרא hominis & non homo. Quia circuncisus erat, principium hominis habebat vt scriptum est, & ille erit פרא id est ramus, quomodo Esa. 10. v. 33. פארה collucaturus est ramum מה Quare fatigaui te Mich. eodem. Ideo fatigaui te in מה 45. vt quotidie legeres lectionem. Audi & insignires me nomine meo Deus dominus deus noster ex 42. dictionibus, quæ sunt in sect. Audi Israël, dominus deus noster deus vnus est. Ecce מה 45. ideo loquere & testare me esse vnum cui 42. conueniunt, quod est mysterium nominis 42. Ex his omnibus dictis patet dilectio Dei erga populum suum & hæreditatem suam; &

quemadmodum

quemadmodum viçissim ipse populus
eo adhæret & iungitur, legem que
ius amplectitur, vt supra dictum est.
Æquum videtur totum positum cælo-
um & omnes constellationes eorum
ubijci & parere omnibus qui nomine
srael appellantur, & non solum vni pe-
uliariter vt Iosue quomodo Iosue 10.
. 12. Stæsol contra gabaon &c. Sed om-
ino nullum habent astra erga quem-
uam aspectum dominantem. At ecce
uror Examinis mundi fuse conqueritur
unquam posse auerti malum, quod
spectus stellarum inuehit. Sic vero lo-
quitur Iuuenis ego sum, illi senes: stultus
go &c. locum consule. Philosophi
cripserunt cœlestes motus dominari &
egere affectum & potentiam mulieris in
onceptione, idque hoc argumento pro-
ant. Non quacumque coniunctione
oncipit mulier masculum aut fœmi-
am; sed certo tantum tempore quod ab
stris determinatur, & ita oratorie descri-
it. Antequam egrederer à vulua, vias
ccupauerant &c. Exposuit & dixit num-
quam posse auerti malum quod trahit

aspectus stellarum. Fortè verum est aspectum stellarum dominari rebus creatis sublunaribus, metallis scilicet & lapidibus, vegetabilibus & viuentibus & rationalibus ex aliis populis quibus non illuxit lumen legis, & quibus non est status nisi sub positu cœlorum & constellationum, vt dictum est & quomodo dicitur Deut. 4. v. 19. ne forte eleuatis oculis ad cœlum & videas solem &c. quæ distribuit Deus omnibus populis. Egredere & vide quod postea scriptum est. Vos autem tulit Deus: Quamobrem videtur astrorum aspectus in hominum natiuitatem nullam vim habere & virtutē influendi inclinandiue ad altiora vel ad humiliora, vt dictum est, & quemadmodum dicunt magistri nostri b. m. qui nascitur sub stella martis &c. omnia pendent במזל ab influentia. Filii, vita, & cibi non ex debito לא בזכותא Præterea quia animæ eorum differunt, animæ enim reliquarum gentium deriuantur ab intellectu agente quomodo explicabimus proximè, anima vero Israelitarum emanat à loco sancto, non pendet ab in-

iuxu astrorum dominantium vt diximus.

CAPVT OCTAVVM.

Tractat dubium quod proponit autor ligationis f. m. de quidditate animæ.

VErum enimvero auctor ligationis magnam difficultatem proponit de quidditate animæ cap. 6. sic habet. Non negabis animam esse potentiam & dispositionem, tantum existere cum existit corpus, cuius innouatione innouatur. Vel animam esse substantiam absolutam per se subsistentem, cui tamen adiungitur modus existentiæ cum existit, donec sub finem sic quæstionem instituit. Quemadmodum statuimus, hæc substantia separata est per se existens abque materia: quomodo decreuit sapientia creatoris eius illam subiicere potestati infirmæ huius vnionis cum hac materia abominanda & fœtida quæ ad præuaricationem procliuis est? vnde pri-

mum exortum est illi malum, parata sunt ei vasa mortis, perit simpliciter in societate illius, cum inciderit in aliquem defectum, propter quem sancita est à Deo benedicto mulcta. Lev. 23. v. 30. & perdam hanc animam de populo suo, & num. 15. v. 30. delendo delebitur anima in qua est iniquitas. Et sam. 1. cap. 25. v. 29. & anima inimicorum tuorum rotabitur. Et Malach. 4. v. 3. conficietis impios. Dicunt magistri nostri beatæ memoriæ. Israelitæ si in corpore suo præuaricati fuerint, totum corpus eorum & anima illorum comburentur. Nonne melius illi animæ fuisset primo sedere in sede domini pacificam & quietam, quam discurrere & prodire in aciem prælii, quo accedentes rarò redeunt, & omnino illi homini satius fuisset non creari &c. Maior vero superest difficultas posito quod anima creata sit, antequam sit in corpore. Non negabitur ibi esse receptacula varia secundum numerum gentium quibus distribuuntur sectæ religionum, ex quibus variis receptaculis sumuntur animæ variæ singu-

larum gentium earum. Aut quidditatem animarum omnium esse vnam eamdemque sine differentia. Verum ridiculum est animas vnum quid idemque esse; quod si ita res esset, scientiæ & religiones essent necessariæ & naturales, ita vt non posset quis ab vna conuerti ad aliam; cuius contrarium experientia omnium temporum legum docet, & ipsa scriptura testatur Zoph. 3. v. 9. Et conuertam ad populos labium electum ad vocandum omnes. Est etiam impossibile creatum vnquam fuisse hominem sine lege & fide: itaque debent esse animæ diuersæ. Superest magna querela. Quomodo diuina sapientia & iustitia decreuerit animarum iustarum & mundarum illas quidem esse in vitam æternam, has verò in opprobria & abominationem. Quomodo determinauerit illos homines fore ex Peleschet & Tyro & Æthiopibus & reliquis populis qui non viderunt lucem rectæ legis diuinæ, neque audiuerunt vocem eius: hos vero elegerit in populum sanctum, quorum in corde est lex domini. Preterea vno verbo inde seque-

tur reperiri iniquitatem in decreto, quo dat Deus animas populo (quod absit) vt sint hæ animę masculorum spiritui suo, corpori suo, omnibus ad ipsos pertinentibus dominantes, quę possunt per se quęrere & assequi perfectionem suam sine impedimento. Illę vero sint animę fœminarum debilis temperamenti, quę in omnibus ad perfectionem operationibus abiectæ sunt, famulitio aliorum atque ministerio perpetuo mancipatæ, quæ sunt causæ grauissimæ, perfectionem, omnemque prosperitatem ab eis auertendi. Eam ob causam videtur lex nostra soluisse illas à præceptis affirmatiuis, quæ tempori addicta sunt. Fuse tractat hoc dubium.

CAPVT NONVM.

Profequitur dubia quæ propofuit autor ligationis de quidditate animæ & affert verba autoris examinis mundi.

SOluit dicta dubia dicendo animam quæ poft mortem fuper eft, non effe animam eam, quæ erat cum factus eft homo: anima enim illa, quæ tunc erat, cum factus eft, erat folum pōtentia difpofitiua. Quod vero poft mortem feparatur, eft quid actu fubfiftens &c. Dicitque animā Nephefch cum homine creatam cum primum exiftit, fub prima difpofitione in materia fua conquiefcere. Poftquam vero ad finem fuorum dierum peruenit, aperiuntur magis magifque oculi eius in viis legis & præceptorum roboratur intellectus eius, in eoque refidet Ruach flatus: Cumque iam fubftantia illa eo peruenit vt ruchani ideft fpiritalis fiat, abftrahitur, rurfufque cum

se firmauerit homo, sese assiduo & familiari studio in hoc gradu perfecte exercendo, desiderat ascendere & videre facies Dei domini sui; tunc neschamah spiritus subit illum qui est in gradu perfectissimo. Hæc est summa verborũ eius, quibus de his fusè agit. Ex quibus discimus, propter dubia de quidditate animæ proposita illum fuisse coactum dicere animam superstitem non esse animam eam quæ erat primo. Profecto si sedulo quis scrutetur, inueniet solutionem omnium dubiorum eius. Nota, inquire, & inuenies. Initium orationis meæ docet, quo in loco. Quod enim dico non finxi, neque ex corde meo protuli, verum quærendo, reperi, & quemadmodum dixerunt magistri nostri b. m. laboraui & inueni. Crede doctoris argumenta sic esse vt retuli. Animam absolutam, intelligentem per se & creatam absque materia, quomodo voluit sapientia creatoris eius subiicere potentiæ infirmæ vnionis huius, & mixtionis cum materia ista, quæ procliuis est ad omnem præuaricationem. Nonne melius esset illi &c. Scito

difficultatem

difficultatē propoſitam auxiſſe R. Chabib f. m. in expoſitione ſua in examen mundi. Debet, inquit, omnis intelligens aduertere mentem vt intelligat, quis coëgerit ſpiritum ſuperiorem per ſe perfectum, & immaculatum, deſcendere, vt ſe detruderet in carcerem corporis cum periculo damni & ruinæ, & ſine lucro. Multi enim animam ſuam perdiderunt ſuam ſequentes concupiſcentiam. Quod ſi in ciuitate vnus, vel in familia duo animas ſuas perfectas reddiderint, adhuc tamen ſupereſt ſciendum, quid inde lucri cedat animæ. Ecce enim antequam ingrederetur corpus, hæc illi dignitas per ſe aderat verè non figuratiue, quemadmodum quis ſe domi recreat pacifice & quiete abſque ſollicitudine defectus vllius gloriæ vel ſplendoris; poſuit in via greſſus ſuos ad terram remotam, in viis quæ ducunt ad id aſſequendum quod domi habebatur, vel forte dubium eſt, aut veriſimile non aſſecuturum cum eo peruenerit. Nec vero dubium eſt magnæ id ſtultitiæ dari niſi ad hoc vis adegerit. Hæc eſt ſententia eius de

anima. Et dixit; scito hanc esse animæ definitionem. Anima est intellectus verus è fonte vitę excisus & è gradu intellectus & sapientiæ venit ad constituendam gloriam in corpore ad colendum creatorem benedictum, vt acquiratur hæreditas futuri sæculi. Est vero locus determinatus, vbi sunt, & vnde erumpunt omnes animæ, quando suo quæque ordine Corpus est subitura, quo induatur. Iste locus vocatur à Cabalistis Arbor, cuius fructus sunt animæ: hoc innuit propheta Hose. 14. v. 9. Ex me fructus tuus inuentus est sunt enim animæ fructus Dei benedicti. Præterea quemadmodum artifex indiget instrumentis & Instrumenta artifice, vt appareat operatio sic necesse est animam indui corpore, vt appareat operatio eius: est enim corpus typus mundi minoris, spiritus typus mundi maioris: & sicut dixerunt magistri nostri b. m. quemadmodum deus benedictus videt neque videtur, quemadmodum deus benedictus pascit vniuersum mundum, ita spiritus &c. Quia igitur corpus est typus mundi minoris, &

ſpiritus typus mundi maioris, ecce cum ſpiritus induitur corpore fit homo typus ſuperiorum & inferiorum. Eſt ergo animæ vtile hoc corpore includi; vt enim appareat in hoc mũdo potentia & operatio eius, illa indiget organo ſuo, vt diximus. Deſcendens autem in hunc mundum anima fit potentior, vt poſſit hunc mundum inferiorem regere, & ornatu ſuperiori & inferiori inſtruitur (magis quidem ſuperiori) vt ſit omni ex parte perfecta; niſi enim quoad ſuperiora & inferiora eſſet abſoluta, perfecta non eſſet. Anima enim antequam illabatur in hunc mundum, eſt particeps concilij dignitatis ſuperioris, in corpore autem perficitur & abſoluitur ex hoc mundo inferiori, ex quo cum exit, perfecta eſt perfectione duorum mundorum ſuperioris & inferioris, cum homo timet Deum ſuum & habet ſpiritum omni bono perfectum: hancque vtilitatem & veram perfectionem accipit anima in hunc mundum delapſa, in Zohar ſectione & vixit Iacob Gen. 47. v. 28. Quando anima perfecta eſt in hoc mundo,

cum ascendit in locum, quo animæ colliguntur, perfecta est tam quoad superiora quam quoad inferiora &c. Cabalistica vero doctrina hæc est secundum legem veram quæ tradit animas creatas esse antequam illabantur in corpora, & inter se differre habita ratione perfectionis, quam in lege & preceptis, & timore domini obtinent. Demum inclina aures tuas, & audi verba lucernæ sanctæ, quæ scripta sunt in sectione & vixit Iacob Gen. 47. v. 28. de quidditate animæ.

CAPVT DECIMVM.

Quæstio R. Eliezer.

QVæsiuit R. Eliezer à R. Simeone patre suo dicendo. Quandoquidem sciebat Deus b. filios hominis morituros, quare deiecit in mundum animas, & quid erat opus?

CAPVT VNDECIMVM.

Soluit dubium quare demiſerit deus animas in mundum iuxta expoſitionem Zohar.

REx filium ſuum recens natum mittit ad villam, vt ibi alatur, donec in eam adoleuerit ætatem, qua mores aulę regię didicerit. Audit Rex hunc filium grandem factum. Quid facit? amore quo illum proſequitur, ideo eum matronę matri eius committit, & deducit illum ad palatium, & quotidie cum eo oblectatur. Sic Deus benedictus genuit filium ex matrona ſua. Quis ille eſt? Spiritus excelſus ſanctus, mittit eum ad villam, ideſt, in hunc mundum, vt educetur, & ediſcat mores aulę regię. Cum vero reſciſcit Rex hunc filium in hoc pago adoleuiſſe, & tempus adeſſe quo illum in palatium ſuum introducat. Quid facit? ſuo erga illum amore, commendat illum matronę ipſius, & deducit eum in re-

giam. Anima ex hoc mundo non migrat, donec veniat matrona, cui curę est, & introducat eum in regiam, vbi in sęcula habitet. Demum in hoc mundo solent filii villę flere, cum ab eis discedit filius Regis. Hic aliquis videns dicit illis. Quare vos flętis? Nonne filius regis est, non debebat diutius apud vos manere, sed in palatio patris sui. Ita Moses, qui erat videns, vidit filios villę flentes, ideò affatus est eos. Deut. 14. v. 1. filii estis vos domini dei vestri, non vos incidetis. Veni vide, omnes iusti lętarentur in die, quo ex hoc mundo sunt migraturi, si pręscirent illum. Nonne suprema gloria est, quod matrona veniat eorum gratia, eos in palatium Regis introductura, vt cum illis quotidie delicietur. Neque vero Deus benedictus cum aliorum animabus, quam cum iustorum oblectatur. Ecce exposuimus animam, quæ primum ex alto emanauit & animam quæ est post mortem, ipsissimam esse animam, quæ erat in homine, dum existeret, & explicauimus quare descenderit ex loco sancto in corpus, vt in valle

turbulentiæ duas figuras complectatur, vt supra diximus. Videtur verò mihi adhuc etiam probandum animam esse substantiam absolutam & abstractam per se subsistentem, quando est in homine, vt scriptum est in Zohar sectione Phinchas num. 25. v. 10.

CAPVT DVODECIMVM.

Probat animam esse substantiam abstractam quia à lucerna sancta emanat.

R. Eliezer interrogauit R. Simeonem patrem suum, quare nulla gens vagetur præter Israelitas, qui cum legi vacent, huc illuc diuagantur.

R. Eliezer interrogauit R. Simeonem patrem suum: quare nullus populus mundi diuagatur præter Israëlitas tantum, qui cum legi vacent, huc illuc vagantur, nec in vno statu possunt permanere. Dixit R. Simeon. Væ filiis homi-

nis similibus iumentis agri insipientibus. In hoc solum animæ iustorum Israël discernuntur ab animabus Idololatrarum. Animæ Iustorum Israël excisæ sunt è medio lucernæ sanctæ ardentis, quomodo scriptum est prou. 20. v. 27. lucerna Dei anima hominis. Hæc autem lucerna cum superiori legi adhæret, non occultatur lumen eius ne momento quidem. Hoc innuit Psal. 83. v. 2. Deus ne taceas, quomodo scriptum est etiam Esa. 62. v. 6. Qui reminiscimini domini ne taceatis, ne occultetis vobis lumen lucernæ; cum est in medio Ellychnio lumen illud numquam extinguitur, sed vagam huc illuc lucem diffundit. Sic Israelitæ (quorum anima est è medio luminis huius lucernæ) cum repetunt vnum verbum legis, ecce lux ardet, quæ non occultari potest. Huc illuc diuagantur, & in omnes partes feruntur, tanquam lux vaga lucernæ de qua dicitur, lucerna Dei anima hominis, & scriptum est Ezech. 34. v. 31. Homo estis & homo vocamini &c. animæ gentiũ extinguuntur sicut stipula sine luce, ideoque occultantur &

non

non diuagantur, quia lege carent qua ardeant, neque lumen habent. Illi sunt sicut ligna in medio ignis ardentis sine lumine ambiente, ideoque occultantur sine vlla luce.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Idem probat.

Tribus nominibus appellatur anima hominis & in tribus reperitur potentia eius.

IN sectione oblationem capiant Exod. 25. v. 1. tribus nominibus appellatur anima hominis. Nephesch anima. Ruach flatus. Neschamah spiritus, quorum vnum in alio includitur, & in tribus locis reperitur potentia eius. Nephesch anima inter cadauera reperitur consumpto in terra corpore; ideoque versatur in hoc mundo, inter homines, ad discendum afflictiones eorum, & quando necessitate premuntur intercedit pro illis. Ruach flatus in-

greditur paradiſum terreſtrem, vbi informatur figura corporis huius mundi cum veſte qua ibi induitur, ibique fruitur abundè delitiis & voluptatibus quibus ſplendet paradiſus &c. Neſchamah ſpiritus ſtatim aſcendit ad locum ſuum vnde deſcenderat &c. Ecce oſtendimus ſpiritum à principio ſuo eſſe ſubſtantiam abſtractam emanantem à loco ſancto. Etiam ſolutum eſt dubium magiſtri beatæ memoriæ Quomodo voluerit ſapientia Dei benedicti ex animabus puris has quidem eſſe in vitam æternam, alias vero in opprobria & abominationes? quomodo hi homines debuerint eſſe ex Peleſchet, Tyro & aliis gentibus &c. Illi vero è populo ſancto &c. Quia nempè animæ gentium non emanant è loco animarum Iſraelitarum vt dictum eſt ex ſect. Phinchas vbi traditur animas Iſraelitarum excisas eſſe è medio lucernæ ſanctæ &c. Adhuc eadem de re proxime agemus.

CAPVT DECIMVM quartum.

De deſcenſu animæ in corpus.

Exponit duas diuerſas opiniones ſcholæ ſchammai & ſcholæ Hillelis. Illi dicunt melius eſſe homini non creari &c.

DOctrinam meam de quidditate animæ innuerunt magiſtri noſtri beatæ memoriæ. Duobus annis & ſex menſibus diſſenſerunt inter ſe ſchola Hillelis & ſchola ſchammai. Illi dicebant bonum fuiſſe homini non creari: hi vero bonum fuiſſe homini creari. Statuerunt & concluſerunt bonum eſſe homini non creari &c. Hæc erat mens eorum qui dicebant bonum fuiſſe creari homini. Exiſtimabant animam in principio eſſe potentiam & diſpoſitionem tantum (intelligentiam materialem vocant Philoſophi) poſtquam vero peruenit ad finem dierum, & aperiuntur oculi eius magis ma-

gisque in viis legis & præceptorum, firmatur intellectus eius, & in eo requiescit רוח flatus (intelligentiam acquisitam vocant) Rursus cum sumpserit vires homo sese assiduo & familiari studio in hoc gradu perfectè exercendo, desiderat ascendere & videre facies domini Dei sui; subit illum Neschamah spiritus qui est in gradu perfectissimo. Hæc est opinio autoris ligationis. (Intelligentiam abstractam vocant) de qua dicunt bonum illi fuisse creari, quia est in potentia & superius semper ascendens; omnis autem substantia melior est sua priuatione. Qui vero dicebant bonum illi esse non creari, existimabant animam esse à prima hominis existentia, substantiam absolutam, quę quia cadit in locum tenebrosum, materiam scilicet, & ibi polluitur transgressionibus; ideo dicunt bonum illi esse non creari. Multi enim animam suam perdiderunt sequentes concupiscentiam suam & similes habitus. Ideo quidam magistrorum nostrorum beatæ memoriæ scripserunt præcepta practica per se non importare perfectionem. Sed

quia delapſa eſt anima in vallem turbulentiæ & perturbationis, venerunt præcepta practica, puta coïtus prohibiti, cibi vetiti, item immunda & ſimilia, ne materia nimium abominabilis fiat, ſed ſit pura & ſemper diſpoſita ad ſuſtinendam animam, non ad perdendam. Sunt vero præcepta quæ ſemper animam ad deum conuertunt, vt maneat perfecta in ſe nullas è corpore ſordes aut contaminationem contrahens. Verum quando corpus implicatur transgreſſionibus materiæ, & gignit denſas transgreſſiones in ſpiritu qui eſt in corde: in eas corporis redigitur anguſtias, vt lucem à ſplendore Dei benedicti non recipiat, vt prius. Ideoque concluſerunt melius illi eſſe non creari, quia omnes vno ore dicunt animam eſſe ſubſtantiam abſolutam, quæ cum deſcendit, poteſt cadere gloria ſua. Quamobrem dicunt. Et nunc cum creata eſt, ſecundum duas opiniones ſupra memoratas ſcrutetur opera ſua, vt reddat verba vera iis qui miſerunt eam. Quæ ſupra rettulimus ex ſectione oblationem capiant Exod. 25. v. 1. Et ex ſectione &

Inclamauit Leu. 1. ostendunt etiam animam, cum primum est in homine, esse substantiam absolutam per se subsistentem. Multa sunt praeterea quae demonstrant animam esse substantiam, quae non affero, ne longior sim in iis quae non sunt fundamentum orationis nostrae. Et si vidisset magister beatae m. supra citatus haec & similia forte non exposuisset animam in homine, cum primum existit, esse potentiam & dispositionem. Sed non existere cum illo, vt proxime explicabitur. Praeterea quod proposuit magister beatae memoriae continentur verbis [illegible] ex Massecheth [illegible] parte cap. 6. Ita scriptum est in secunda sex partium Talmudis. R. Eliezer filius Simeonis [illegible] Talmudis ad [illegible] magnum quod illis parauerat, [illegible] vasis pretiosis, & magistris nostris his quidem [illegible], his vero ad aliud [illegible]bus, [illegible] magno gaudio, cui [illegible]. Quare hoc maior [illegible] [illegible], quam illis [illegible] illis [illegible] R. Ele-

zer filium meum, & propter hunc hymenæum perfecto gaudio exulto, &c. sub finem affert exemplum aliud.

CAPVT DECIMVM quintum.

Rursus de descensu animæ.

Exemplum R. Iosefilij Peze, qui aliquando iterfaciens &c. Hinc intelligi videtur animam primo esse in potentia. Dicit tamen hoc inde non probari.

NArrant magistri nostri, dixisse R. Iose filium Peze. Aliquando nobis iterfacientibus occurrerunt in monte pagi cedar viri sese oblectantes in prædiis suis; eo ante sabbathum nocte diuerti. Exoriente sabbatho vidi hospites, (cum deberent requiescere requiescentibus iis, quos domo exceperant) virum ad vnum latus stantem & orantem, & ad aliud vxorem eius. Quibus dixi. Quare

hac hora oratis. Responderunt mihi. Tempus copulationis nostræ est à sabbatho in sabbathum, nos itaque offerimus preces nostras Deo benedicto, vt sit nobis filius colens Deum, filius timens peccare, filius faciens mandata eius. Dixi illis. Deus preces vestras exaudiet, ad cuius nominis gloriam hoc facitis. Dixit R. Iose. Videbo facies Dei. Post aliquot annos diuerti illuc, & occurrit mihi ille puer, qui natus erat illis, eratque septemnis, videbat me domi, nolebat tamen me affari. Dixit illi pater eius, veni obuiam huic viro magno. Cui respondit. Illum non affabar, nec ad eum accedebam, ignorabam enim, an esset in illo neschamah spiritus sanctus necne? Hoc enim hodie me docuit magister meus vetitum esse affari & conuenire quemquam, in quo non sit spiritus sanctus: Dixit illi Absit. Vir iste magnus & sapiens est ex generatione sancta prophetarum: noluit tamen me alloqui. Responditque illi. Ego te moneo quod sic spiritus nouus est à diebus pueritiæ, neque commiscetur statim à die, quo prodiit in mundum.

mundum. Dixi ei. Eius ætatis puer eram cum contendi mihi dari ſpiritum &c. Tu vides ex horum dictorum explanatione conſtare, animam, quandò migrat è mundo, non eſſe animam, quæ erat quando factus eſt homo. Sed ab initio requieſcit in eo nepheſch anima, poſtea Ruach flatus, demum neſchamah ſpiritus, vt ſupra dictum eſt. Cum vero ſingula perpenderis, apparebit, id quod dictum eſt ad confirmandum expoſitionem Rabini b. m. confirmare ea quæ diximus. Quod ſi id intelligeretur ex verbis ſupra allatis, quemadmodum expoſuit R. b. m. Quare in iis quæ ſupra dicta ſunt, non fit mentio trium harum partium nepheſch, ruach, neſchamah neque permutationis graduum, qui exiſtunt & innouantur in homine, donec effundatur in eum ſpiritus ſanctorum ſuperiorum. Verum ſimpliciter dicitur neſchamah animam ſic eſſe à pueritiæ diebus &c. Quin etiam R. b. m. ſenſit dubium ſupra dictum, cuius meminit cap. 6. ſed non inuenit modum illud ſoluendi. Hoc explicat cum dicit. Etiam ſi non recen-

sitæ sint tres illæ partes, nullā est tamen ratio dubitandi. In aliis enim locis innumeris earum fit mentio. Hactenus verba autoris. Nihilominus hæc explicatio non est recta; nam ille filius monens patrem suum dicendo. Ego te moneo spiritum nouum esse à diebus pueritiæ. Debebat ostendere patri suo, quomodo spiritus esset abstractus, & à gradu in gradum ascenderet iuxta expositionem dictam R. b. m. Videtur autem hoc dicto explicari, quod diximus animas esse creatas antequam subeant corpora, & quod dictum est supra, spiritum nouum esse, ita vt non commixtus fuerit à die quo prodiit in mundum. Certum est & ratum spiritum non requiescere in populo, in quo est, nisi quādo dispositus est homo vt vacet intellectionibus ad lucernam præceptorum & lucem legis, & quando examinat quod facit, discernendo inter bonum & malum: quemadmodum proxime exponemus de anima aduenæ: quando aduena fit proselytus, volat neschamah spiritus ex ea regia, & mittitur in medium huius aduenæ, in quo resi-

det, & hoc est, quod supra exposuimus, Animam hoc corpore conclusam, hanc vtilitatem percipere, quod appareant potentiæ & operationes eius in hoc mundo, illius enim organis indiget, quemadmodum supra exposuimus per comparationem Regis, cui natus est filius.

CAPVT DECIMVM sextum.

Rursus de descensu animæ.

Dicit animam esse substantiam nobilem & creatam ab antiquo, verum non esse in corpore, cum prodit in aerem mundi. Id exponitur via perspicua.

DEinde quid prodest animæ existere in corpore, cum prodit corpus in aerem huius mundi. Nonne omnia organa eius cessant & feriantur tanquam in mortuis &c. Legem verò & præcepta fecit, vt seruarentur. Nec vero mirum esse debet hominem non intelligere ani-

ma intellectiua, cuius sedes est in cerebro, ab incunabulis suis. Id enim non est illi vtile, vt fuse tractat auctor officij cordium cap. de Examine. Ita scriptum est Esa. 42. v. 5. Dans spiritum populo, qui est super ea: non dixit infantibus, sed populo, idest populo qui aptus est ad seruiendum Deo benedicto, vt dicitur Exod. 5. v. 1. Mitte populum meum vt seruiat mihi. At non quando nascitur, tunc enim ineptus est ad seruiendum Deo benedicto. Quando autem euaserit eius ordinis, vt sciat respuere malum, & eligere bonum legis, quæ est donum bonum, tunc innouabitur spiritus rectus in medio eius, & hæc est anima emanans ab alto & habitans in regia, donec vrgeat rex benedictus dicendo. Descende in corpus talis. Nec verò indigemus expositione R. b. m. qui dixit animam, cum primum existit, esse in potentia, vt dictum est supra. Sed est substantia absoluta & abstracta per se subsistens in conclaui proprio & determinato vnicuique, ante creationem hominis, vt probant supra dicta. Consule præterea Zohar

fectione Post mortem Leu. 16. v. 1. Ad versum 10. Eccles. cap. 6. Quod futurum est, iam vocatum est nomen eius. Demum iuxta expositionem illius magistri non rectè staret dictum. Non venit filius Dauid donec completæ corporibus suis fuerint omnes animæ &c. Neque verò hoc inueni explicatum in libris R. magistri b. m. Quod si volueris dicere dubia proposita de quidditate animæ, vt dictum est, ipsum coegisse sic exponere. Præterquam quod illa soluere conabimur iuuante Deo optimo. Tu ipse dignosces.

gisque in viis legis & præceptorum, firmatur intellectus eius, & in eo requiescit רוח flatus (intelligentiam acquisitam vocant) Rursus cum sumpserit vires homo sese assiduo & familiari studio in hoc gradu perfectè exercendo, desiderat ascendere & videre facies domini Dei sui; subit illum Neschamah spiritus qui est in gradu perfectissimo. Hæc est opinio autoris ligationis. (Intelligentiam abstractam vocant) de qua dicunt bonum illi fuisse creari, quia est in potentia & superius semper ascendens; omnis autem substantia melior est sua priuatione. Qui vero dicebant bonum illi esse non creari, existimabant animam esse à prima hominis existentia, substantiam absolutam, quę quia cadit in locum tenebrosum, materiam scilicet, & ibi polluitur transgressionibus; ideo dicunt bonum illi esse non creari. Multi enim animam suam perdiderunt sequentes concupiscentiam suam & similes habitus. Ideo quidam magistrorum nostrorum beatæ memoriæ scripserunt præcepta practica per se non importare perfectionem. Sed

quia delapſa eſt anima in vallem turbulentiæ & perturbationis, venerunt præcepta practica, puta coïtus prohibiti, cibi vetiti, item immunda & ſimilia, ne materia nimium abominabilis fiat, ſed ſit pura & ſemper diſpoſita ad ſuſtinendam animam, non ad perdendam. Sunt vero præcepta quæ ſemper animam ad deum conuertunt, vt maneat perfecta in ſe nullas è corpore ſordes aut contaminationem contrahens. Verum quando corpus implicatur transgreſſionibus materiæ, & gignit denſas transgreſſiones in ſpiritu qui eſt in corde: in eas corporis redigitur anguſtias, vt lucem à ſplendore Dei benedicti non recipiat, vt prius. Ideoque concluſerunt melius illi eſſe non creari, quia omnes vno ore dicunt animam eſſe ſubſtantiam abſolutam, quæ cum deſcendit, poteſt cadere gloria ſua. Quamobrem dicunt. Et nunc cum creata eſt, ſecundum duas opiniones ſupra memoratas ſcrutetur opera ſua, vt reddat verba vera iis qui miſerunt eam. Quæ ſupra rettulimus ex ſectione oblationem capiant Exod. 25. v. 1. Et ex ſectione &

Inclamauit Leu. 1. ostendunt etiam animam, cum primum est in homine, esse substantiam absolutam per se subsistentem. Multa sunt præterea quæ demonstrant animam esse substantiam, quæ non affero, ne longior sim in his quæ non sunt fundamentum orationis nostræ. Et si vidisset magister beatæ m. supra citatus hæc & similia fortè non exposuisset animam in homine, cum primum existit, esse potentiam & dispositionem. Sed non existere cum illo, vt proximè explicabitur. Præterea quod proposuit magister beatæ memoriæ confirmatur verbis sumptis ex Midrasch occulta initio cap. 6. Ita scriptum est in secunda sex partium Talmudis. R. Eliezer filius Simeonis filii Iucai inuitauit collectores Talmudis ad conuiuium magnum quod illis parauerat, totam domum ornauerat vasis pretiosis; & magistris nostris his quidem ad hoc latus, illis verò ad aliud sedentibus, ipse exultabat magno gaudio, cui dixerunt. Quare hodiè maiori lætitia affectus es, quam aliis diebus? Respondit illis. Descēdit spiritus sanctus ad R. Elie-

zer filium meum, & propter hunc hymenæum perfecto gaudio exulto, &c. ſub finem affert exemplum aliud.

CAPVT DECIMVM quintum.

Rurſus de deſcenſu animæ.

Exemplum R. Ioſe filij Peze, qui aliquando iterfaciens &c. Hinc intelligi videtur animam primo eſſe in potentia. Dicit tamen hoc inde non probari.

NArrant magiſtri noſtri, dixiſſe R. Ioſe filium Peze. Aliquando nobis iterfacientibus occurrerunt in monte pagi cedar viri ſeſe oblectantes in prædiis ſuis; eo ante ſabbathum nocte diuerti. Exoriente ſabbatho vidi hoſpites, (cum deberent requieſcere requieſcentibus iis, quos domo exceperant) virum ad vnum latus ſtantem & orantem, & ad aliud vxorem eius. Quibus dixi. Quare

hac hora oratis. Responderunt mihi: Tempus copulationis nostræ est à sabbatho in sabbathum, nos itaque offerimus preces nostras Deo benedicto, vt sit nobis filius colens Deum, filius timens peccare, filius faciens mandata eius. Dixi illis. Deus preces vestras exaudiet, ad cuius nominis gloriam hoc facitis. Dixit R. Iose. Videbo facies Dei. Post aliquot annos diuerti illuc, & occurrit mihi ille puer, qui natus erat illis, eratque septemnis, videbat me domi, nolebat tamen me affari. Dixit illi pater eius, veni obuiam huic viro magno. Cui respondit. Illum non affabar, nec ad eum accedebam, ignorabam enim, an esset in illo neschamah spiritus sanctus necne? Hoc enim hodie me docuit magister meus vetitum esse affari & conuenire quemquam, in quo non sit spiritus sanctus: Dixit illi Absit. Vir iste magnus & sapiens est ex generatione sancta prophetarum: noluit tamen me alloqui. Responditque illi. Ego te moneo quod sic spiritus nouus est à diebus pueritiæ, neque commiscetur statim à die, quo prodiit in mundum,

mundum. Dixi ei. Eius ætatis puer eram cum contendi mihi dari ſpiritum &c. Tu vides ex horum dictorum explanatione conſtare, animam, quandò migrat è mundo, non eſſe animam, quæ erat quando factus eſt homo. Sed ab initio requieſcit in eo nepheſch anima, poſtea Ruach flatus, demum neſchamah ſpiritus, vt ſupra dictum eſt. Cum vero ſingula perpenderis, apparebit, id quod dictum eſt ad confirmandum expoſitionem Rabini b. m. confirmare ea quæ diximus. Quod ſi id intelligeretur ex verbis ſupra allatis, quemadmodum expoſuit R. b. m. Quare in iis quæ ſupra dicta ſunt, non fit mentio trium harum partium nepheſch, ruach, neſchamah neque permutationis graduum, qui exiſtunt & innouantur in homine, donec effundatur in eum ſpiritus ſanctorum ſuperiorum. Verum ſimpliciter dicitur neſchamah animam ſic eſſe à pueritiæ diebus &c. Quin etiam R. b. m. ſenſit dubium ſupra dictum, cuius meminit cap. 6. ſed non inuenit modum illud ſoluendi. Hoc explicat cum dicit. Etiam ſi non recen-

sitæ sint tres illæ partes, nullā est tamen ratio dubitandi. In aliis enim locis innumeris earum fit mentio. Hactenus verba autoris. Nihilominus hæc explicatio non est recta; nam ille filius monens patrem suum dicendo. Ego te moneo spiritum nouum esse à diebus pueritiæ. Debebat ostendere patri suo, quomodo spiritus esset abstractus, & à gradu in gradum ascenderet iuxta expositionem dictam R. b. m. Videtur autem hoc dicto explicari, quod diximus animas esse creatas antequam subeant corpora, & quod dictum est supra, spiritum nouum esse, ita vt non commixtus fuerit à die quo prodiit in mundum. Certum est & ratum spiritum non requiescere in populo, in quo est, nisi quādo dispositus est homo vt vacet intellectionibus ad lucernam præceptorum & lucem legis, & quando examinat quod facit, discernendo inter bonum & malum: quemadmodum proxime exponemus de anima aduenæ: quando aduena fit proselytus, volat neschamah spiritus ex ea regia, & mittitur in medium huius aduenæ, in quo resi-

det, & hoc est; quod supra exposuimus, Animam hoc corpore conclusam, hanc vtilitatem percipere, quod appareant potentiæ & operationes eius in hoc mundo, illius enim organis indiget, quemadmodum supra exposuimus per comparationem Regis, cui natus est filius.

CAPVT DECIMVM sextum.

Rursus de descensu animæ.

Dicit animam esse substantiam nobilem & creatam ab antiquo, verum non esse in corpore, cum prodit in aerem mundi. Id exponitur via perspicua.

DEinde quid prodest animæ existere in corpore, cum prodit corpus in aerem huius mundi. Nonne omnia organa eius cessant & feriantur tanquam in mortuis &c. Legem verò & præcepta fecit, vt seruarentur. Nec vero mirum esse debet hominem non intelligere ani-

ma intellectiua, cuius sedes est in cerebro, ab incunabulis suis. Id enim non est illi vtile, vt fusè tractat auctor officij cordium cap. de Examine. Ita scriptum est Esa. 42. v. 5. Dans spiritum populo, qui est super ea: non dixit infantibus, sed populo, idest populo qui aptus est ad seruiendum Deo benedicto, vt dicitur Exod. 5. v. 1. Mitte populum meum vt seruiat mihi. At non quando nascitur, tunc enim ineptus est ad seruiendum Deo benedicto. Quando autem euaserit eius ordinis, vt sciat respuere malum, & eligere bonum legis, quæ est donum bonum, tunc innouabitur spiritus rectus in medio eius, & hæc est anima emanans ab alto & habitans in regia, donec vrgeat rex benedictus dicendo. Descende in corpus talis. Nec verò indigemus expositione R. b. m. qui dixit animam, cum primum existit, esse in potentia, vt dictum est supra. Sed est substantia absoluta & abstracta per se subsistens in conclaui proprio & determinato vnicuique, ante creationem hominis, vt probant supra dicta. Consule præterea Zohar

fectione Poſt mortem Leu. 16. v. 1. Ad verſum 10. Eccleſ. cap. 6. Quod futurum eſt, iam vocatum eſt nomen eius. Demum iuxta expoſitionem illius magiſtri non rectè ſtaret dictum. Non venit filius Dauid donec completæ corporibus ſuis fuerint omnes animæ &c. Neque verò hoc inueni explicatum in libris R. magiſtri b. m. Quod ſi volueris dicere dubia propoſita de quidditate animæ, vt dictum eſt, ipſum coegiſſe ſic exponere. Præterquam quod illa ſoluere conabimur iuuante Deo optimo. Tu ipſe dignoſces.

CAPVT DECIMVM septimum.

Digreditur ad arguendum R. autorem ligationis & repetit dubium de quidditate animæ.

Refert verba auctoris ligationis explicantis versum illum Gen. Ideo non comedent filij Israel neruum obliuiosum & dicit illum versum à R. f. m. non apte explicatum esse, citat que Zohar.

LEge in libro illius R. b. quod scripsit in sect. & misit Gen. 32. v. 3. his verbis. Et audiui à multis in Midrasch occulta ita scriptum esse ad hæc verba Gen. 32. v. 32. Ideoque non comedent filii Israël neruum obliuiosum אתגיד הנשה. את per multiplicationem fiunt 9. in mense Ab. martio & mirabantur quia sensum huius dicti non capiebant, quem à me petierunt. Obstupui ego. Tunc ve-

nit mihi in mentem recta significatio: Huius, inquam, dicti prolatione transposita, optima erit expositio. Sic indicari quatuor ieiunia שנה anni, quæ nobis figuratiue per גיד neruum & dictionem נשה in שנה transpositam tradita sunt, idest, ideo non comedent filii Israël את גיד הנשה. ג indicat ieiunium incidere in ג tertium diem Tisri, siue septembris י in decimum diem Teber, siue Decembris. גיד integrum in decimū septimum Tamus siue lunationis Iunij, idest tria illa multiplicando, in nonum Ab. hactenus ille. Hæc expositio ostendit R. beatæ memoriæ non attendisse ad omnia verba Zohar. Id enim explicatur in Zohar, sed non quomodo exposuit R. B. m. hæc sunt verba Zohar: Ideo non comedent filii Israël neruum הנשה obliuiosum. Forte vocatur neruus obliuiosus, quia ille neruus hominibus obliuionem diuini cultus parit, residet enim in eo fomes peccati. Cum Semaël luctaretur cum Iacob, non inueniebat locum, quo illi posset præualere, quippe omnia membra corporis Iacob, ipsum sustinebant

omnia erant valida, nullum debile. Quid fecit? percussit eum in curuatura femoris, in neruo obliuioso, in instrumento suo. In fomite mali: est enim instrumentum & locus eius, & vnde fomes mali insilit in homines. Ideoque dixit lex. Itaque non comedent filii Israël neruum obliuiosum. Quemadmodum socij dixerunt de membris hominis: quod sursum designant, si bonum est, bonum est; si malum, malum. Ideo vnum quodque membrum membro tenetur, certè fomes mali neruo obliuioso, qui est instrumentum eius, quem non comedent filij Israël, quia non sunt à parte illius, neque eiusdem speciei cum Dęmone suo Semaël; vt roborent cor suum. Sunt enim in homine 248. membra respondentia 248. pręceptis legis affirmatiuis, & 248. angelis, quibus Deus tanquam veste ambitur, qui simili, quo dominus eorum nomine vocantur, suntque in homine 365. nerui respondentes 365. mandatis negatiuis & 365. diebus anni, & ecce nonus dies mensis. Ab. respondet Semaëli. Ideoque dixit lex. Non comedent

dent filij Iſraël neruum obliuioſum את
ideſt multiplicãdo tria illa verba 9. nono
die menſis Ab. quo nec comedunt neque
bibunt. Itaque Deus videns omnia, per
hæc myſterium indicauit Iacob. Et lucta-
batur cum eo vir ſingulis anni diebus &
cum omnibus membris Iacob, neque in-
uenit præter hunc neruum obliuioſum,
membrum cui poſſet præualere. Statim
atque tetigit illum neruum, remiſſa eſt
vis Iacob, die qui in anno eſt dies nonus
menſis Ab. quo ratum, firmatum, de-
cretumque fuit aduerſus nos iudicium
eius, & deſtructum eſt templum. Vnde
quicunque comedit nono die Ab. perin-
de eſt, ac ſi comederet neruum obliuio-
ſum. Dubium vero R. b. m. ſupra propo-
ſitum eiuſmodi eſt. Inde ſequetur repe-
riri iniquitatem in decreto, quo dat
Deus animas populo (quod abſit) vt illæ
quidem ſint animæ maſculorum לרוחם
ſpiritui ſuo, corpori ſuo, & omnibus
ad ipſos pertinentibus dominantes, quæ
poſſunt per ſe quærere & aſſequi per-
fectionem ſuam ſine impedimento. Illæ
verò ſint fœminarum, quę debilis tem-

peramenti sunt, in omnibus operationibus suis abiectæ, & ministerio atque famulitio aliorum perpetuo mancipatæ; quę sunt causę grauissimę perfectionem omnemque prosperitatem auertendi. Eamque ob causam soluit eas lex nostra sancta à pręceptis affirmatiuis, quę tempori addicta sunt. Hactenus ille.

CAPVT DECIMVM octauum.

Soluit dubia proposita ab auctore ligationis f. m. de quidditate animæ.

MIhi verò infanti abiectissimo virorum magister ille b. m. solutione huius dubii non satisfacit. Ita enim iuxta positionem eius viderentur omnes adhortationes & præcepta, quę sunt in lege necessaria esse ad acquirendam perfectionem humanam, alioquin si non essent necessaria, illa nobis non pręcepisset Deus: hoc autem alienum & durum est valde. Sic enim quomodo pos-

ſet vllus aſſequi perfectionem hanc, non eſt enim homo iuſtus in terra Eccleſ. 7. v. 21. Quod ſi vel vni pręcepto defuerit; ſecundum hanc opinionem, quomodo poterit aſſequi perfectionem humanam? Et lex demum quę miſericordię viam dat Iſraelitis, vt omnes ad vitam futuri ſęculi perueniant; illa ipſa per ſe impediet, quominus illi mereantur illam gloriam; quod eſt contra illius intentionem. Nec vero dicendum eſt non omnes legem aſſecuturos; quia ne vnus quidem per ſęculum poſſet comprehendere totam doctrinam legis, exequi omnia mandata, vel obſeruare omnia iudicia, quę in ea dicta ſunt; ideoque omnes Iſraelitę, quod Deus auertat, deſcenderent in puteum perditionis. Abſit deum damnare & omnipotentem peruerſè agere. Quod enim traditum eſt de hoc populo his aduerſatur, dixerunt enim in Miſna, omnem Iſraël partem habere in futuro ſæculo.

CAPVT DECIMVM nonum.

Solutio Dubii.

Dicit vel vnicum præceptum ſufficere ad perfectionem humanam.

VErum hæc ſic debent intelligi, vel vnicum præceptum ſufficere ad dandam perfectionem humanam. Quod ſi in lege multa reperiantur præcepta, non tamen illa neceſſitatem important, ſed ſunt ad maius bonum, ita vt nullus ſit Iſraelita qui non mereri poſſit futurum ſæculum vel vno horum præceptorum, & hoc dixerunt magiſtri noſtri b. m. R. Ananias filius Gacſiæ dixit. Vult Deus benedictus iuſtificare Iſraël, ideoque multa illi in lege mandata dedit. Quod ſi ea omnia neceſſaria eſſent ad aſſequendam perfectionem, non eſſet iuſtificatio, ſed damnatio. Et ita ſcripſit R. Moſes filius maimonis b. m. in

Miſna. Omnis Iſraël &c. Quando enim homo vnum ex his præceptis implet ſuo ordine, & vt decet, nulla mundana intentione admixta; ſed facit illud propter ſe: Ecce ideo meretur vitam futuri ſæculi, quemadmodum hæc fuſius tractat autor libri de fundamentis. Dicto primo cap. 23. & dicto 3. cap. 29. poſſumus etiam nos pro facultate noſtra explicare & dicere hæc nullo modo iniquitatem imponere decreto Dei dantis animas illas quidem futuras maſculorum, quæ ſunt ſui potentes; alias autem fœminarum quæ ſunt ſui impotentes & aliorum præeminentiam impedientes. Eæ enim vel vno præcepto rite obſeruato perfectionem perennem aſſequentur. Tanta vero tamque eximia ſunt bona mulierum, vt iis omnia præcepta affirmatiua non ſint iniuncta? Quis enim is eſt, qui hoc vel illud præceptum non transgrediatur, & vtique puniendo punietur. Quemadmodum conqueritur author libri lapis probationis. Quibus, inquit, ſunt filii maſculi, impoſitum eſt illis iugum graue, & ſepes mandatorum grauium; & præ-

ceptorum terribilium. 613. & quis posset obseruare quod in iis scriptum est quomodo siue diligens siue piger posset eripi è lapsu. Prosequitur suam querelam. Tandem, inquit, si me creasset opifex, qui me fecit, mulierem honestam etiam ego perfecta essem, si modo tria seruarem sanguinem, ignem & massam farinaceam &c. Ita vt non sit amplius de illis quærendum. Ecce quomodo iustificantur fœminæ. Huc vsque querela eius. At quæ esset illius expostulatio, si dictum esset omnia præcepta quæ sunt in lege esse necessaria ad acquirendam perfectionem. Verum sic est, vt diximus, vel vnicum duntaxat præceptum sufficere ad dandam perfectionem; vt supra dictum est. Quinetiam querela eius non staret, si propter pręceptum affirmatiuum, quod tempori addictum est, mulctando quis mulctaretur, abiectus & perditus foret; mulieres enim propter id abiectas & perditas vocaremus, & in Zohar sectione Accipe summam num. 4. v. 21. signo 236. & 239. & sectione נשא signo 77. expositum est ibi deum educere animas

fœminarum ex loco certo & proprio, sic etiam masculorum ex thesauris variis. Quæ cum ita sint cessat quæstio R. autoris ligationis beatę memorię quoad dubium quod proposuit dicendo, vt sint hæ animæ masculorum spiritui suo dominantes &c.

CAPVT VIGESIMVM.

De dignitate mulierum.

Dixit R. Simeon ad Eliam, vnum verbum, quæso, vellem scire, vtrum fœminæ mereantur ascendere sursum in eum mundum, aut quomodo ibi sint.

TV qui vnanimis es mihi, inclina aurem tuam & audi, aperi oculos tuos & vide quod scriptum & in Zohar sectione mitte tibi viros num. 13. v. 2. Quæ sit mulierum iustarum dignitas in mundo animarum. R. Simeon dixit Eliæ. Vnum verbum quæso. An pote-

ris ostendere mihi mulieres in eo mundo dignas esse, quæ sursum ascendant, aut quomodo ibi sint. Respondit illi. Rabbi Rabbi. Habeo mysterium magnum sed non sunt reuelanda secreta illius loci. Vidi sex palatia multis voluptatibus & deliciis exuberantia: velum expansum est in horto, vltra illud nullomodo accedunt masculi. In vno palatio est Bathæa filia Pharaonis cum multis millibus myriadum fœminarum iustarum: quælibet habet suas sedes splendidas & amœnas sine vlla angustia, tribus vno quoque die temporibus præcones clamant. Ecce figura Mosis Prophetæ fidelis venit: Bathæa accedit ad locum cortinæ & respicit figuram Mosis quam salutat dicendo. O me beatam quæ hoc lumen educaui. Delitię autem eius superant voluptatem omnium. Redit ad fœminas, quæ versantur omnes in mandatis legis ea specie & forma, qua erant in hoc mundo indutæ splendidis vestibus, vestibus scilicet masculorum, prætерquamquod non splendent ibi præceptis legis, quibus rite seruandis in hoc mundo impares fuerunt, student

ſtudent illis, eorumque explicationi in eo mundo. In alio palatio eſt ſarach filia Aſſer cum multis millibus myriadum fœminarum: tribus per ſingulos dies temporibus proclamant coram ea, ecce figura Ioſeph. Prodit ipſa lęta, & reſpicit ſplendorem Ioſeph, cum gaudio ſalutat dicendo. Beatus ille dies, quo effuſa eſt fama tua inter ſabæos. Poſtea regreditur ad alias fœminas: totæ ſunt in laudibus domini mundi, & in confeſſione nominis eius, & vnaquæque gaudio exultat. Poſtea ſe tradunt ſtudio mandatorum legis, eorumque explicationi &c. Earum dignitatem fuſe tractat. Locum conſule. Sub finem dicit, Rabbi Rabbi quis vidit gaudium iuſtorum & mulierum piarum, quæ ſeruiunt Deo benedicto.

CAPVT VIGESIMVM primum.

De Coniugio animarum.

Ex coniugiis illius mundi, quando animæ sese mutuo complectuntur, exeunt splendores & fiunt lucernæ quæ sunt animæ aduenarum, qui proselyti fiunt.

RAbbi Rabbi nisi esses filius Iucai, non essent hæc reuelanda. Coniugium illius mundi producit fructus præstantiores quam coniugium huius mundi. coniugiis illius mundi, cum se mutua dilectione inuicem animæ complectuntur, fructus faciunt ex quibus lumina prodeunt, quæ fiunt lucernæ. Hæque lucernæ sunt animæ aduenarum qui proselyti fiunt. Omnes ingrediuntur hoc palatium, & quando aduena fit proselytus, volat ex hoc palatio anima eius, & subit alas Dei, qui eam osculatur, vt-

pore fructum iustorum, & mittit illam in corpus proselyti manetque in eo, & ab eo tempore vocatur proselytus iustitiæ. Hoc est mysterium: quomodo scriptum est Prou. 11. v. 30. Fructus iusti arbor vitæ. Quæ est arbor vitæ producens animas? aut vbi est iustus, cuius fructus sit productio animarum? Præfectus scholæ dixit scriptum est Gen. 11. v. 30. Erat autem Sarai sterilis, nec habebat filios. Filium quidem non pepererat, sed animas pepererat, cum duorum illorum iustorum desideria coniuncta sunt, pepererunt animas proselytorum toto eo tempore, quo erant in Haram, quemadmodum faciunt iusti in horto Eden, vt scriptum est Gen. 12. v. 5. Et animas quas fecerunt in Haram. Animas certe fecerunt. Ex hoc dicto eximio infertur aliquid, quod ad rem nostram facit, & inde audiuimus particulam aliquam dignitatis mulierum iustarum in mundo animarum, etiamsi non seruent omnia præcepta affirmatiua, quæ sunt scripta in lege. Præterea accepimus ibi animas versari in mysteriis legis, quorum non

erant capaces in hoc mundo. Item animam esse substantiam abstractam quæ copulatur: cum copulantur animæ inuicem, faciunt lumina, quæ sunt animæ quæ demittuntur in corpus aduenæ. Aduena autem quum fit proselytus, similis est infanti recens nato. Disces verò animam reliquarum gentium non emanare à loco animarum Israelitarum: & hodie scies animas, quæ duræ ceruicis reperiuntur apud homines, sic fuisse creatas, antequam prodirent in mundum. In mundo autem animarum versantur in receptaculo illis parato, vt diximus.

CAPVT VIGESIMVM secundum.

De statu animarum.

Animæ quæ in hoc mundo non reperiuntur iustæ etiam ibi reperiuntur coram Deo dura ceruice antequam descendant in mundum.

IN Zohar sectione Post mortem Leu. 16. v. 1. Omnes animę hominum antequam descendant in mundum, signatæ sunt coram domino benedicto in firmamento, & omnes quæ non reperiuntur iustæ in hoc mundo, tales reperiuntur coram Deo antequam veniant in mundum, ingrediuntur foueam abyssi magnæ, & per horam affliguntur, descenduntque in mundum, quas quidem animas, vt sunt in hoc mundo duræ ceruicis, sic etiam fuisse discimus, antequam delaberentur in mundum. Partem sanctam quæ data erat illis, proii-

ciunt & negligunt, absorbenturque in fouea abyssi magnæ, & inde sumitur pars eorum; affliguntúrque per horam & descendunt in mundum. Si postea iustificentur pœnitentiam agentes coram domino suo: Ille reponit illis partem, quæ ipsius est propria.

CAPVT VIGESIMVM tertium.

De differentia animarum gentium & Israëlitarum.

Animæ aliarum gentium non emanant è loco aliarum animarum affert doctrinam Cozar, & soluit dubium de quidditate animæ.

IN Zohar sectione Dic alloquere Leu. 21. v. 1. Beati sunt Israëlitæ, quibus Deus benedictus dedit animas sanctas è loco sanctorum præ aliis populis, vt custodiant mandata eius. Ita scripsit Cozar Israëlitas esse per se speciei di-

ſtinctæ ab aliis gentibus, cum anima propria & diuerſa ab animabus earum. Quia animæ aliorum populorum emanant ab intellectu agente, & à principiis ſuperioribus. Verum animæ Iſraelitarum emanant à mundo diuino & à gloria Dei Iſraël, ſenſus eſt, formæ reſident in materia ſua ſecundum potentiam ſuam, & inde oritur diuerſitas formarum, non ex emanatione ſolum quia non ſunt omnes de ſupernis, ſed etiam à parte materiæ (in qua eſt forma humana) quæ magis eſt diſpoſita, melioriſque temperamenti: ideoque alimenta quæ comedit homo, ex quibus fit ſanguis, & ex ſanguine ſpiritus qui eſt in corde deferens vires, neceſſe eſt induere diuerſam ſpeciem ab alimentis aliarum rerum creatarum inferiorum. Quæ cum ita ſint materia ex qua formatur fœtus Iſraeliticus purior eſt alia quacunque materia, eſtque diuerſæ ab ea ſpeciei, ſiue ſanguinem ſpectes, in quo nullæ ſunt ſordes menſtruorum aut præputii; ſiue alimenta, quorum nullum eſt è vetitis quæ pariunt vitia & perturbationes: ſpiritusque inde productus

est temperamenti apti ad recipiendam animam Israeliticam. Itaque constat animas Israelitarum distingui ab animabus gentium mundi. Animæ enim aliarum gentium emanant ab intellectu agente. Sed quoad speciem Israeliticam Deus solus neque vllus alius producit & regit animas eorum. Ideo anima Israelitica est substantia diuina per se subsistens. Et hoc est quod dicunt magistri nostri beatæ memoriæ esse excisam à solio gloriæ Dei. Ideoque dicitur Leu. 20. v. 26. Et diuidam vos ab omnibus populis. Et scriptum est Exod. 19. v. 5. Et vos eritis mihi in peculium de cunctis gentibus, & eritis mihi regnum sacerdotum & gens sancta, idest, & gens vna & distincta ab eis, quemadmodum ego, quia ego sum sanctus, vnus, separatus, à diis & Angelis. Postea comparat animas quæ emanant ab intellectu agente cum animabus, quæ emanant à Deo facta comparatione agentium, quorum nulla est proportio. Ita cessat quæstio R. beatæ memoriæ qui dubitabat quomodo scientia diuina statuisset animarum purarum

alias

alias esse in vitam æternam, alias in opprobria quomodo futurus esset quispiam ex Tyro & Peleschet cum Æthiopibus, aliisque populis, qui non vident lumen rectum Dei. Sic etiam soluitur dubium, quod posuit R. beatæ memoriæ de quidditate animæ cap. 8. His verbis. Quod si animæ ex variis receptaculis sumantur, erunt ergo scientiæ & religiones naturales & necessariæ, ita vt non possit quis ab vna conuerti ad aliam. Cuius contrarium experientia omniũ temporum legum docet. Hactenus ille. Anima enim quæ datur vniuersæ multitudini populorum est nephesch anima viuens, de qua scriptura dicit Gen. 1. v. 24. producat terra animam viuentem, idest, animam, quæ exit & fit à terra. Tantum illa viuit vt moueatur huc illuc, quemadmodũ in iumẽtis & reptilibus, sed non intelligit nec sapit cultum diuinũ. Tradita est enim iumentis & viuentibus solum vt moueantur sine iudicio, vtque pereant emissione halitus oris. Vide etiam vide verba dei viui ex ore lucernæ sanctæ, ore proferente margaritas. Assimilat ani-

mam gentium animæ iumentorum & beſtiarum terræ, quæ nullo modo mandatorum dei & legis eius fiunt participes, vt diximus.

CAPVT VIGESIMVM quartum.

Idem proſequitur.

Vetitum eſt docere legem gentes.

IN Zohar ſectione Poſt mortem Leu. 16. v. 1. R. Eliezer dixit. Beati ſunt Iſraëlitæ, in quibus ſibi complacuit Deus benedictus præ omnibus aliis gentibus &c. Eoque amore, quo illos proſequebatur, impulſus dedit illis leges veras, & inter eos reſidere voluit, ſcilicet quia Iſraëlitæ ſignati ſunt ſigno ſancto, in cute ſua, vt dignoſcantur ad eum pertinere & eſſe filii templi eius. Itaque quicunque non ſunt ſignati ſigno ſancto in cute ſua, non pertinent ad illum, ſed cenſentur prophani, quibus ſe adiungere

vetitum eſt, & oblectari cum illis in verbis Dei benedicti, neque licet eos docere verba legis &c. Miſna enim prohibet docere legem gentes, quia ſcriptum eſt Pſal. 147. v. 9. Non fecit taliter omni nationi &c. In Zohar ſectione Mitte tibi viros num. 13. v. 2. Coniugium illius mundi producit fructus præſtantiores, quam coniugium huius mundi. Coniugio illius mundi cum ſe inuicem animæ amplexantur, faciunt fructus, & ex iis exeunt lumina, quæ fiunt lucernæ, & hæ ſunt animæ proſelytorum, cumque aduena fit proſelytus, abit anima in eum aduenam & in eo reſidet, vt dictum eſt ſupra capite 21. Hæc eſt ſumma expoſitionis. Dignitatem animæ non eſſe traditam niſi Iſraëlitis. Non fecit taliter omni nationi.

CAPVT VIGESIMVM quintum.

Confirmatio ſuperiorum & de variis receptaculis animarum.

Ponit differentiam inter animas Iſraelitarum & aliorum populorum, ibique exponitur faciamus hominem ad ſimilitudinem noſtram.

SIc ſcripſerunt philoſophi. Poſtquam creauit Deus benedictus mundum diuiſum in tres, in mundum Angelorum ſimplicem ſimplicitate perfecta, deinde in mundum orbium cœleſtium materialem ex materia pura & munda, pulchrum & æternum, demum in mundum inferiorem materialem ex materia turbida, generationi & corruptioni obnoxium. Statuit facere typum & imaginem illorum trium, quæ ab ipſo creata ſunt, & ſui ipſius creatoris eorum benedicti. Cum illis iniit concilium dicendo, facia-

mus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Imago autem & similitudo significat formam per quam creatura est id quod est. Ideoque in primo homine quatuor creatæ sunt animæ, siue quatuor potentiæ in anima; nempe anima vegetatiua, cuius sedes est in hepate, hæc est imago mundi inferioris: 2. anima sensitiua, cuius sedes est in corde: hęc est figura mũdi orbium cœlestium: 3. anima intellectiua, cuius sedes est in cerebro: hæc videtur esse figura mundi Angelorum: 4. anima diuina, cuius nulla est determinata sedes, quemadmodum neque Deus habet locum. Ipse est exemplar mundi, qui habitat in cœlis, & implet vniuersam terram gloria sua. Statum harum quatuor animarum continuauit posteris Adam vsque ad generationem diuisionis. Tunc enim eos deiecit à facie sua, & abstulit illis imaginem suam, formam diuinam, cuius vice relicta est illis forma Angelorum, & statuit eam in Abraham amico suo & posteris eius in pactum æternum, & hæc est in anima eximia illius qui est de semine Israël, qui

est sanctus Domini & peculium eius. Hęc est doctrina Philosophorum Græcorum, qui scripserunt perfectionem gentium esse adhærere intellectui agenti; idque quoniam perfectionem aliam maiorem & præstantiorem perdiderant diebus Nemrod, tunc enim dispersit eos dominus à se, & abscondit eis faciem suam committens eos principibus superioribus, ideoque summa eorum perfectio est adhærere principi suo. His itaque nullus est contradicendi locus dicendo. Si sint animarum thesauri varij, erunt scientiæ & religiones naturales. Namque excidit fides ab eis, neque residuus est in illis spiritus, vt dictum est, & corrupta est sapientia legis, & scientia ex ore ipsorum, quia nullatenus sunt hæredes aut participes pręceptorum Dei & legis ipsius, vt dictum est. Quæ enim religio & lex naturalis conueniret illi, cui hæc religio non est mandata, quemadmodum mandata est populo, in cuius medio est, neschamah Ruach spiritus & flatus dei. Quemadmodum dixerunt magistri nostri beatæ memoriæ: Antequam prodeat in aërem

mundi, adiurant ipsum, vt seruet legem & præcepta prout dicitur in tractatu de muliere menstruata, cap. המפלת & in Zohar sect. oblationem capiant Exod. 25. v. 1. & sectione & inclamauit Leu. 1. vt supra diximus. Posito etiam quod animarum sint varia receptacula, nec tamen emanent à principiis superioribus, & ab intellectu agente, neque inter se essentialiter differant, nulla tamen est ratio dubitandi. Quod ideo scientiæ & religiones sint futuræ necessariæ, & naturales. Namque linguæ & populi non sunt priuati omnimodo libera electione. Huius rei fidem facit experientia, multi enim è populis terræ fiunt Iudæi, & multi è prçuaricatoribus Israël deseruerũt Deum, & spreuerunt sanctum Israël. Ne forte frustra loquaris dicendo: Non est via relicta libero arbitrio; postquam enim positum est animarum populorum & linguarum esse receptacula certa & determinata. Ergo omnes scientiæ & religiones erunt naturales & necessariæ. At in naturalibus & necessariis non est locus electioni. Respondebo tibi & sociis tuis

tecum. Exi & vide quod ſcriptum eſt in Zohar ſectione in principio Gen. 1. de dignitate hominis antequam peccaret his verbis. Cum eſſet Adam in horto Eden miſit illi Deus benedictus librum per Razielem Angelum ſanctum præfectum myſteriis ſuperiorum ſanctorum, in eo erant exarati characteres ſuperiores ſanctæ ſapientiæ & 72. ſpecies ſapientiæ. Hæc nondum tradita erant ſuperioribus ſanctis. Sed erant omnia in eo libro recondita, donec peruenit ad hominem, tunc Angeli ſuperiores conuenerunt, vt audirent & diſcerent dicentes. Eleua ſupra cœlos Deus, ſupra terram gloriam tuam Pſal. 57. v. 6. Mox acceſſit ad eum Hadarniel & affatus eſt hominem. Homo tu occultas gloriam domini tui, ita vt nulli ſuperiorum præter te poſſit innoteſcere, &c.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM sextum.

Confirmatio eorum quæ proximè dicta sunt.

Cum esset primus homo omnimode intelligens plusquam Angeli excelsi, quis impulit eum ad peccandum & transgrediendum præceptum domini.

RESponde, quæso; Primus homo omnimode intelligens supra gradus superiorum Angelorum, vt dictum est, in quo nulla erat cognitio aut electio à parte fomitis mali, demum quo impellente transgressus est præceptum domini: ille natura sua omimode inteligens erat, vt speculationibus vacaret. Inuitus debes explicare & dicere illum, quamuis intelligentem omnimode, & electionis expertem à parte fomitis mali, declinasse à via recta. Quod non est mirum, quan-

doquidem & ex Angelis qui toti sunt intellectuales, reperiuntur tales: vt in Zohar. Et viderunt filii dei Gen. 6. v. 2. Gaza & Gazaël duo Angeli accusati sunt apud dominum suum, deiecit eos Deus benedictus è loco sancto superiori, & in sectione Post mortem Leu. 16. v. 1. Omnes animæ, quæ reperiuntur iniustæ in hoc mundo, etiam ibi tales reperiuntur, & vt sunt hic duræ ceruice, sic erant antequam venirent in mundum &c. Quomodo supra. Et quemadmodum dixerunt magistri nostri b. m. Exod. 23. v. 21. Quia non parcet iniquitatibus vestris, quia estis è cœtu, in quo non sunt peccatores. Inde intelligitur quosdam ex aliis Angelis esse peccatores. In Midrasch. Et in angelis suis ponet laudem. Iob. 4. v. 18. Hi sunt Angeli qui missi erant in sedom qui dicebant. Nos vastabimus: quia gloriabantur & sibi ipsis id tribuebant, deiecti sunt è loco suo per 135. annos, neque prius inde recesserunt, quam faterentur nihil à se dependere, vnde scriptum est Gen. 19. v. 13. Et misit nos Deus ad perdendum. Bereschit

Rabba sect. & egressus est Iacob Gen. 28. v. 10. Ecce Angeli Dei sedom qui suo loco exciderant, postea ascenderunt, nunc illuc descendunt, vt in posterum ab eo delegati, eundem locum petant. Ecce comparatione à maiori ad minus, si angeli toti intellectuales, qui omnimodam electionẽ non habent, declinant à via recta, vt dictum est; quanto magis filius hominis electionis particeps & voluntatis etiam à parte fomitis mali? Id arguit scientias & religiones non inferre homini necessitatem; etiamsi sint animarum diuersa receptacula. Hæc voluimus explicare & dicere ad solutionem dubiorum, quæ posuit de quidditate animę R. auctor ligationis beatę memorię. Quę omnia vera sunt & certa.

CAPVT VIGESIMVM septimum.

De dominio astrorum.

Qui natus est decrescente Luna per 14. dies, ille omnibus eget, qui verò natus est die quo plena est, ille est omni ex parte perfectus.

POstquam verò exposuimus omnia quę erant explicanda de quidditate animę, & in quo differimus à reliquis populis, vt dictum est, redeunt suo loco difficultates. Iam est determinatum ab omnibus sapientibus & doctoribus beatæ memoriæ, constellationes virtutem & dominium habere in primam hominis formationem, ad flectendum eum, quo ipsum rapit influentia astri dominantis. Quod si iustitia eius etiam magna non sufficiat ad huius cōstellationis aspectum irritum faciendum, magnum malum feret, quod ei paratum est, nulla ipsius

culpa. Veni, lege quod reperitur in Zohar sectione In principio Gen. 1. R. Eliezer orditur Eccles. 3. v. 1. omnibus tempus determinatum, & tempus omni voluntati sub cœlis ibi 28. temporum meminit tempus pariendi, tempus moriendi, &c. Quæ sunt יד & יד idest 14. & 14. יד manus dextera ad miseri cordiam; quomodo Exod. 15. v. 6. Dextera tua domine magnificata est in fortitudine Exod. 14. v. 8. At illi egressi sunt in manu excelsa. Manus sinistra ad iudicium Deut. 2. v. 15. Cuius manus fuit aduersus eos, vt interirent. Ideo sunt 28. dies Lunæ 14. incrementi, 14. defectus qui verò nascitur deficiente Luna omnibus illis 14. diebus, omnium defectum patitur, quia ibi constellatio eius desuper causam præbuit, cur his obnoxius esset, antequam veniret in mundum, qui vero nascitur diebus incrementi, ille diuitiis impletur, cibis, gaudio, & pace, & in tractatu Talmudico de festo minore dixit Raf. filii, vita, & victus non במזלא non ex debito: ecce enim duo magistri nostri Rabba & Raf. Chasda ambo iusti erant.

Raf Chasda vixit 72. annos. Rabba vixit 40. In domo Raf. Chasda duo Epithalamia, in domo Rabba duæ orbitates. Raf. Chasda querebatur quod simila ad canes non peteretur gratis. Rabba querebatur quod hordeum homini non reperiretur. Nonne illa verba accedunt ad principia doctrinæ eorum, qui dicunt aspectum astrorum habere in homines virtutem magnam dominantem, contra quod posuimus initio tanquam principium verum, quod dixerit Deus benedictus mundo. Munde tu & leges tuæ non statis, Nisi per legem, in qua oportet versari: & hic est amor quo nos dilexit & distinxit ab aliis populis, vocauitque nos filios, seruos & fratres vt dictum est. Adde continuam coniunctionem quæ est inter populum Dei & Deum benedictum & legem eius; vt supra dictum est, Vniuersum mundum non esse creatum nisi propter Israël vt versetur in lege; alioqui rediret mundus in nihilum. Potest homo per legem Dei, toti cœlorum ornatui dominari. Quibus supradicta repugnant.

CAPVT VIGESIMVM octauum.

Idem proſequitur.

Dicit Deum benedictum diligere iuſtum; Accedendo ad eum, affligere corpus vt anima eius dominetur, quod ſi dicas, ecce videmus multos iuſtos quorum corpus nunquam eſt debilitatum, &c.

VIde etiam vide, quod ſcriptum eſt in Zohar ſectione & habitauit Iacob Gen. 37. v. 1. R. Caiah orditur & dicit. Itaque viri cordati audite me. Abſit Deum eſſe improbum, retribuit enim vnicuique ſecundum opus eius: Veni, vide quando creauit Deus mundum, illum iudicio fecit &c. Ita vt quando in mundo iudicium reſidet ſuper filio hominis cum eſt iuſtus, hoc fit propter Dei erga ipſum amorem, vt dictum eſt. Deus benedictus illum diligens ſic, vt ad

intimum eius accedat, affligit corpus, vt dominetur ei anima, vult infirmum corpus & neschamah animam fortem quæ roborando roboretur, & secundum illum amorem Dei, quemadmodum dixerunt socij Deus benedictus dedit iusto dolores in hoc mundo, vt in futuro sæculo iustificet eum. Quando vero corpus validum est, & anima debilis hoc est quod odit Deus, quia illi retribuit deus mercedem suam in hoc mundo &c. Ideo iustus ille qui semper affligitur, amicus est Dei benedicti. Hic attendendum est ad multas circumstantias &c. Vidimus enim multos amicos Dei iustos coram Deo benedicto, qui tamen neque morbis, neque doloribus vexati sunt, nunquam debilitato ipsorum corpore. Fortè non sunt hi & illi similes. Illi enim afflicti sunt corpore suo, hi valent, vt par est. Quod si dicas, ecce hi qui stant sani vt par est iusti sunt & filii iustorum. Ecce videmus iustos filios iustorum, pater eius erat iustus filius iusti, & ipse est iustus, quare vexabitur corpus eius doloribus & quotidianis augustijs? Nonne id efficit cõstel-
latio

latio eius? Ecce autor Ligationis maxime conatur explicare, quo ſtudio poſſit homo auertere à ſe aſpectum aſtrorum & dicit, poſt quam hoc decretum exaratum eſt, aſtra virtutem habere in omnia creata, quantumuis homo cum ſtudio & induſtria conetur auertere aſpectum conſtellationis ſiue bonis operibus, ſiue diligentia ſua: non poterit iuſtitia ſua auertere à ſe hoc decretum; quod ſi omnia negligenter agat, incidet in mala & detrimenta magna. Præterea quando conſtellatio eius mala eſt, & opera eius media, ita vt iuſtitia ſua non poſſit etiam cum ſtudio & ſolertia repellere à ſe aſpectum ſtellarum, incidet in rete conſtellationis, vnde non ſe expediet. Non inueni ſcripta ſapientum priorum aut poſteriorum qui conſiderauerint, quare ſic affecerit Deus hominem, hominem, inquam, qui eſt in orbe terrarum, ſicut cauſa ſuperior in ſuperioribus. Hæc quæſiui à magiſtris noſtris beatæ memoriæ, quorum vnus mihi reſpondit hanc quæſtionem, cum reſponſo reperiri ſcriptam. Sic dixit, ſed explicationem rei nullus

corum me docuit. Itaque dixit mihi cor meum. Quid tabescis propter dissensionem philosophorum? Quid hac cogitatione tibi creas laborem & molestiam. Illæ enim perplexitates iam ante turbauerunt corpus meum, neque earum vim sustinui, confossum est cor meum in interiori meo, quasi cochlea in striatu cauo. Metuebam explicare verbum, obstupescebam super eo, vt intelligerem, laborabam, nec silentio inueni quidquam melius. Ideoque per multos dies tacitus hæc mecum reputaui, & intra percussum est cor meum, ea enim superabant vires meas. Cumque ferretur huc illuc cogitatio mea, manui meæ non parcebam, verum timebam illa committere codicibus meis, ne audientes vel prima verba mea, deplorarent somnia mea, & dicta mea, ne offendiculo meo lætarentur hostes mei & osores inimicique mei de vulnere meo gauderent, & me forte reum facerent, & tunc aduersus me rugirent dicendo. Vidistis fundamentum humile, & quam fragile sit medium, qua magnificentia exorsus est, quam superbè

finem dicendi fecit: Quaſi eſſet ſuperioris dignitatis & gradus dilatauit os ſuum prę-ter ordinem & extra certamen, vt expu-gnaret; quaſi eſſet peritus artifex, vt arbi-trio ſuo & ratiocinatione ſua caſtigaret: aut quia ridet illi fortuna, & quodcun-que facit proſperat: adeone mutatus eſt, vt ſe principem æſtimet eminentium. Quæ virtus, quæ poteſtas eius? an ſic lo-cutus eſt ſpiritus ſanctus. Quæ eſt gratia eius, quæ opera, vt meditetur poſt coëtaneos ſuos, quaſi ipſi videatur gene-ratio pupilla, & Iſraël viduus. Ipſe per ſe exiſtimauit ſe correcturum curuatio-nem eorum quaſi eſſet medicus fidelis. Ecce hæc omnia vidi, omnis me audiens conuertetur & obſtupeſcet, vt videtur, inſanus reputabor, aut ſuperbus. Vereor valdè, ne incidam in peruerſitatem la-biorum, detractionem populi non me-tuentis imponere homini maculam, vt peccato ſuo peruerſus cenſeatur. Scruta-tus ſum verba, Conſului libros, laboraui & inueni in eis conſolationes magnas, plus didici, quàm à doctoribus meis. Sup-peditauerunt mihi reſponſa viris æquis,

requiem animæ meæ dederunt, quæ horum dubiorum sollicitudine lassa erat. In tenebris versatus sum diu, non reperiens interpretem; donec assecutus sum, quod persequebar, donec inueni quod diligebat anima mea in libro Zohar (sect. & habitauit Iacob Gen. 37. v. 1.) his verbis.

CAPVT VIGESIMVM nonum.

Explicat quæ dicta sunt in fine capitis septimi. Filij, vita, & victus non ex debito, sed ab influentia.

Soluit dubium supra propositum iuxta Zohar.

ALiquando Luna est in defectu, & stat in iudicio; neque solis conspectu fruitur, quolibet vero tẽpore & qualibet hora, muneris eius est, animas in filios hominum demittere: prout eas primo collegit; ita post modum demittit.

Anima quam collegit quando est in iudicio, semper patitur defectum & inopiam toto vitæ suæ tempore, affligitur in iudicio siue iustus, siue impius: solis precibus decreta iudiciorum omnia irrita facientibus malum auerti potest. At quando perfectum gradum plenitudinis adepta est, & illud lumen emanans & profluens se illi communicat; tunc anima exeunte, vt vniatur illi homini, ille homo omnibus bonis cumulatur, diuitiis, filiis, perfectionibus corporis: & hæc omnia propter influentiam quæ manat, effunditur & coniungitur illi gradui plenitudinis, vt ab ea regatur, & benedictionem ab ea referat. Ideoque omnia במזלא ab influentia pendent, vt didicimus filii, vita, & victus, non בזכותא pendent idest a debito quoad hoc, sed במזלא ab instruentia pendent; nec enim id prouenit à debito donec impleatur & illuminetur ab influentia (dicitur vero מזל virtus superior quia inde נוזלים delabuntur omnes influxus) itaque omnes, qui in hoc mundo affliguntur, licet iusti; verè fœlici sorte affliguntur, quia hoc

ipsi forte merebantur sicque illis parcit dominus benedictus in sæculum. In sectione in principio Gen. 1: Attende. Filii, vita, & victus, non בזכותא a debito pendent in his. Mysterium est septem graduum inter quos est iustitia & peccatum, in mysterio misericordiæ, & potentiæ. Quod si ita sit non possunt homines viuere plus quam septuaginta annos. Sed pendent במזל ab influentia superiori illius qui vetustissimus est omnium, ille enim ad arbitrium dies vniuscuiusque auget. In sectione & inclamauit Leu. 1. R. Caiah orditur & dicit stillate, cœli desuper, & æther pluat ארץ aperietur terra &c. Esa. 45. v. 5. Est hoc nobis mysterium: doctrinæ nobis à lucerna sancta traditæ, stillate Cœli desuper: Quid stillate? quod alibi dicitur Deut. 32. v. 2. Stillet sicut pluuia donum meum, quia quemadmodum pluuiam, qua aluntur omnia, sic Deum benedictum, à quo cuncta nutriuntur, oculi totius mundi respiciunt. Quod si dicas ab eo loco qui dicitur cœlum rem pendere. Ecce didicimus quod non בזכותא pendet res. Quod

autem ad זכות attinet: ecce interpretatio est צדק, זכות. Debitum. זכות debitum vero & cœlum vnum idemque sunt, sic ftillate cœli. Quod si dicas ab eo pendere, quia scripum est Desuper. Desuper vere à sene sancto procedit: non ab eo loco qui vocatur cœlum & זכות debitum, sed Desuper καθ' ἐξοχὴν.

CAPVT TRIGESIMVM.

Explicat superiora.

Explicat quod dixit Deus benedictus R. Pedat si velim mundum destruere, potes perire hora cibi.

QVod autem scriptum est dominum benedictum dixisse Rabino Pedat si velim mundum diruere potes perire hora cibi. Idest quilibet iustorum mundum habet in se nempe corpus humanum, est enim mundus minor. Ideoque dixit. Si velim destruere mundum & in aliud corpus transmutare potes perire

tempore cibi. Ideoque dixerunt magistri nostri beatæ memoriæ, omnia pendent ab influentia etiam liber legis qui est in templo. Quod si loqueretur de influxu sphærarum: Ecce scriptum est Deut. 4. v. 19. Distribuit ea Deus omnibus populis. Quomodo dixisset fortitudinem suam, librum legis qui est in templo, pendere ab eo. Verum omnia pendent ab influentia, idest ab eo, à quo emanant omnes influentiæ, etiam liber legis qui in templo seruatur reconditus. Ita etiam scriptum est in Zohar sectione Phinchas filii, vita & victus non בזכותא à debito pendent, sed ab influentia. Ecce videmus in Abraham qui videbat ex astris se filium nunquam habiturum; deduxit eum foras deus Gen. 15. v. 5. & dixit illi, suspice idest exi ab astrologia tua & vide. Omnia creata mundi antequam lex traderetur Israëlitis pendebant ab influentiis, etiam filii, vita & cibi. Verum postquam data est lex Israëlitis, absoluit eos Deus ab imperio & dominatione stellarum & influentiarum, & hoc docuit nos per Abrahamũ, quia filii eius suscepturi

erant

erant ex Abrahamo ה quinque libros legis, compositum est nomen eius ex ה hæ sunt generationes השמים cœli & terræ בהבראם in Abraham Gen. 2. v. 4. propter ה additum voci השמים, cœli subiicientur tibi & stellæ & influentiæ. Propter ה vobis erit semen & multiplicabimini, quia per ה in Isaac vocabitur tibi semen. Et ideo quicunque versatur cum studio in lege, auertit à se malum stellarum influentium. Ecce Deus sanctus illuminauit oculos nostros ad soluendum omnia, in quibus hærebamus quoad aspectum astrorum. Et ratum est hominem nullomodo pendere à cœlestibus causis, sed omnia decerni & pendere à causa prima, vt dictum est supra cap. 29. Aliquando Luna, &c. Quod vero dixit Rabi f. m. qui natus est sub influxu Martis ille erit effusor sanguinis. Videtur sentire, Astra influere in hominis natiuitatem. Scilicet quando cessant canales à misericordia manantes, deducuntur ab attributo potentiæ, quod dicitur etiam Mars, quemadmodum scripsit autor oblationis Iuda his verbis. Virtute de-

cem sephirot creati sunt decem Angelorum ordines & decem cœlestes orbes, Cœlum superius respondens Coronæ, circulus signorum respondens sapientiæ, saturni respondens intelligentiæ, Iouis, misericordiæ; Martis, timori &c. Itaque intentio autoris est. Qui natus est sub influxu Martis id est quando ipse stat in iudicio, vt dictum est, cumque cessant canales misericordiæ, solum supersunt canales potentiæ & timoris, ille semper est in defectu, illumque indoles eius fert & inclinat ad crudelitatem, quæ est proprietas iudicii, ad effundendum sanguinem. Verum cum in commodum eius influit via misericordiæ, ille homo cumulatur omnibus diuitiis, filiis, sanitate corporis &c.

Ego vero seruus tuus, sum infans, abiectus virorum, fundamentum humile, stultus, cuius hæreditas non est præclara, non est intellectus mihi neque scientia ad aptanda verba opportunè. Vidi scientiam meam versam in opprobrium, & consilium meum fusum, sicut æs, vt exciter ad hanc materiam, vt pro tenuitate

ingenii mei exarata commendari possit, vtque explicem dictum R. b. m. Qui sub influxu martis nascitur, sanguinem effundet. Videtur sentire astrorum influxum dominari natiuitati humanæ. Quod repugnat positioni nostræ, vt dictum est. Quod vero dictum est: Qui sub influentia martis &c. Is est sensus: Quicunque nascitur eo tempore, quod crudelitatem docet, tunc induitur ille recens natus eo habitu, qui conuenit illi tempori nulla necessitate tunc temporis illata ab influentia: id enim omnino proprium in se habet natura hominis, vt induatur spiritus eius, & natura illius iis moribus qui vigent & sunt in vsu, tunc temporis coram eo. Exempli causa. Quando belli tempore colliguntur exercitus & copiæ millium, & decem millium, vnusquisque accingitur gladio suo super femur suum, & lancea in manu sua ad perdendum & occidendum. Sine dubio in illa populi multitudine reperiuntur multi, aut aliqui saltem teneri corde, quos piget occidere vel pecudem vnam, quanto magis hominem vel iumentum

magnum. At bello ingrauescente singulis se mutuo ferientibus; cum præualent victores, tunc non parcit oculus teneri corde occidere magna sæuitia, & effusa ira, roboratur cor fortitudine. Causa est, quia induitur spiritus eius odio & fortitudine bellica cum videt præter se alios occidentes & effundentes sanguinem innocentem crudeliter, quamuis nunquam illi venisset in mentem similia mala patrare, quando versabatur cum teneris corde. Contra vero cuius temperamentum & indoles calida est & crudelis ad effundendum sanguinem innocentem, & cor eius est sicut cor Leonis; neque fugit in prælio à facie gladii & lanceæ. Si videat rem dignam commiseratione, tunc mutatus in alium virum ducitur proprietate misericordiæ & indulgentiæ. Exempli gratia videbit oculis suis, auribus audiet oppressionem humilium & tenuium, maiorum & minorum, nudi sine veste, pereuntium fame, inopia rerum omnium laborantium, quærentium panem, nec reperientium &c. Sine dubio mutabitur natura illius crudelis in alium vi-

rum, vt illos pro viribus beneficiis afficiat, dando panem, quo alantur, & vestes quibus induantur, demerendo beneuolentiam eorum maxima commiseratione, bonis verbis consolando, nulla tamen necessitate ipsi ad id imposita; nam ipsa illius indoles in causa est, cum induitur moribus qui vigent coram eo tunc temporis. Itaque intentio Magistri nostri beatæ memoriæ hæc est: qui natus est sub Marte, ille erit &c. Natura hominis ab adolescentia, ab ipsis incunabulis in se indolem validam & stabilem componit, vt sit parata ad opus secundum id quod congruit illi tempori nulla necessitate imposita à corporibus cœlestibus, aut ab vllo influxu stellarum. Ideoque constat verum esse dictum magistrorum nostrorum beatæ m. qui dixerunt non esse influentiam Israëlitis, idest qua cogantur ad quidpiam, sed ex parte naturæ ipsorum est quædam inclinatio ad id quod conuenit tempori, vt dictum est.

CAPVT TRIGESIMVM primum.

Rursus de iisdem.

Soluit dubium propositum via perspicua & dictum hoc. Est constellatio Israelitis, &c.

ILle verò qui dixit esse influentiam Israelitis; intelligit esse quandam inclinationem ad eos mores ex parte influentiæ conuenientis illi tempori. Quid autem intelligit dicendo: opus est magna iustitia ad compescendam indolem & inclinationem; quam habet propriam ab influxu cœlesti; & dicendo: Non est opus iustitia magna ad compescendum &c. Quia influentia non hoc habet in Israël, vt ipsum firmiter possideat: immo potius vel minimum iustitiæ, quæ est in manibus eius, potest auertere ab eo aspectum constellationum. Quod si dicas videmus justos & pios sæculi inopia

bonorum omnium laborantes, quare non ſufficit iuſtitia eorum ad remouendum ab eis indolem & malum temperamentum ipſorum quod acceperunt à conſtellationibus ſibi proprium, vt dictum eſt. Reſpondebo tibi hoc eſſe iudicium cœleſte, mulctæ forte, aut caſtigationis vel tentationis ergo; aut hæc immittit Deus, vt remoueat ab eis in hoc mundo parum quid iniquitatis eorum. De his iam locuti ſunt Magiſtri noſtri priores & poſteriores: itemque de impiis pacificè degentibus toto vitæ ſuæ tempore &c. Vt retribuat illis minimum quid iuſtitiæ eorum &c. Quomodo ſcriptum eſt Deut. 7. v. 10. Retribuens oſoribus ſuis iuxta fructum eorum. Itaque profecto nulla conſtellatio dominatur illis, vt dictum eſt, & vel minimum iuſtitiæ, quod eſt in manibus eorum, cohibet aſtrorum influxum, etiam eius cuius mala eſt fortuna ab aſtris: nec eſt dicendum cuius influentia media aut bona eſt, vt dictum eſt. Tu vero fili hominis qui legis, ne auertas ſtatim ab initio animum tuum & intellectum tuum pu-

rum ex hac doctrina concedendo constellationes cœlestes habere aliquod dominium in indiuiduum hominis. Adhuc confirmantur verba mea ex tractatu menstruatæ cap. omnis manus.

CAPVT TRIGESIMVM secundum.

Confirmatio superiorum.

Expositio dicti R. f. m. Angelus præfectus conceptioni leila dictus defert infantem &c.

DIxit R. Chanina filius Papha. Angelus præfectus conceptioni leila dictus defert infantem & statuit eum coram Deo benedicto, & dixit illi. Domine mundi qualis euadet iste puer? an erit fortis, aut imbecillis, sapiens vel stultus, diues, aut afflictus &c. Hinc apparet cœlo nullum in populum Dei imperium tribui. Ecce autor ligationis f. m. redit ad argumentum suum in sectione Vita

ſaræ Gen. 23. v. 1. cap. 22. Dat enim conſtellationibus vim & dominium in natiuitatem hominum & eſſentiam eorum, ab incunabulis ipſos ad altiora vel ad humiliora inclinando. Quia verò dictum R. Chaninæ difficultatem peperit magiſtro b. m. Quod Angelus tulerit infantem &c. Et dixerit. Qualis euadet &c. Hinc enim videtur poteſtatem conſtellationum non extendi in populum Dei. Exponit ille Dictum & dixit Angelum præpoſitum partui eſſe conſtellationem natiuitatis quæ deffert infantem &c. Et ibi dicit qualis euadet ? ſecundum poteſtatem, quam tradidit Deus b. Angelo illi à principio creationis inde poteſtatem habet in ſingulas illas formas ſiue ad altiora ſiue ad humiliora, vt fusè explicat ille capite ſupra dicto. Ego vero muſca abiecta, inanis, vtinam proſperarem in loco vbi præcepit Dominus benedictionem, vermis & non homo, opprobrium hominis & deſpectus populo quid reſpondebo poſt leonem aduerſarium mihi ſuperiorem. Quoniam in compoſitione brutus ego ſum præ viro, nec eſt intelli-

gentia hominis mihi ad intelligendum verba illius doctoris iuxta doctrinam prophanorum, quanto minus sententias verborum eius; Eloquium domini verba pura. Quis impleuit puluere eius oculos nostros? Vtinam inueniam eum & accedam vsque ad sedem eius. Secundum verba eius debemus dicere infantem statim à conceptione cadere in dominium constellationum, non autem post partum cum exit in aërem mundi. At in capite מישתחשך. Discimus influere post partum. Ibi enim dicit qui prima sabbathi &c. Qui sabbatho, & dicit creui ego sub marte Eheu. Exponitque Rabbi salomoh Iarchi, ille qui prima sabbathi, idest, qui natus est prima sabbathi: quod nos docet constellationes influere post partum. Nota ipsum dicere, creui ego sub marte. Quod si dicas influere post creationem in vtero. Quis nouit? si dicas esse in eo proprietates & habitus docentes crudelitatem & effusionem sanguinis, non erat cur ille interrogaret dominum, an foret oppressor & occisor is qui acerbis erat moribus; poterat enim illi dicere

hoc iam notum esse ex proprietate & habitu acerbo. Nota quem intelligimus paruulum verè paruulum esse, qui non habet vllam proprietatem aut habitum crudelitatis quo ad effusionem sanguinis feratur, & cum dixit. Ego eram sub constellatione martis, notum est intendere tunc se natum fuisse sub sydere martis. Gloriatur quod, quamuis natus fuerit sub marte, nihilominus nullum habeat habitum ad effundendum sanguinem. Vnde patet post partum influere constellationes. Nota expositionem R. f. m. Exposuit Angelum præpositum conceptioni, vocatum leila esse constellationem partus quæ defert infantem &c. Et ibi dicit &c. Secundum potestatem quam tradidit Deus benedictus angelo illi à principio creationis, inde erit illi potestas siue ad altiora, siue ad inferiora: Quod si dicas influere post creationem & conceptionem in vtero (vt dictum est ex verbis illius magistri) & angelum præfectum conceptioni offerentem infantem &c. Esse sydus natiuitatis vnum ex septem planetis. Quare ille Angelus

vocatur leilah: cum formatus sit sub Saturno aut Ioue, vel Mercurio, nomine tamen leila vocatur. Quamuis autor ligationis soluat hoc dubium vocando constellationem partus, offerentem infantem leilah, his verbis. Magnum mysterium innuit R. Chanina vocando illum Angelum leilah ideo quia tempore לילה noctis &c: vt exponit: Ille b. m. cap. 22. Verum non noui, non capio sensum eius eximium, cum facit nomen leilah adiectiuum. Nocturnus, cum sit substantiuum vt Saturnus, & Mercurius &c. dicendum fuisset Angelus præfectus conceptioni, qui etiam לילה nocturnus dicitur. Tunc notum esset planetam vnumquẽque etiam vocari leilah, propter causam expositam ab eo doctore f. m. capite 22. Ne esset error in expositione nominis leilah; quod cum seorsum & solum est, est nomen substantiuum, & cum dicitur tempore conceptionis infantis, prædici à Deo qualis sit futurus, diues aut pauper, &c. Nullomodo homines ab astris pendent, sed à causa prima, vt dictum est supra: certe quandoquidẽ refertur nomen

leilah absolute, inde patet omnia à causa prima pendere, & leilah esse nomen substantiuum. Quamobrem constellationes cœlorum nullo modo dominantur Israëlitis, qui vocantur אדם homo, quomodo dictum est supra.

CAPVT TRIGESIMVM tertium.

Docet afflictionem esse donum Dei.

Explicatio dicti R. f. m. Quæsiuit Deus qualitatem bonam Israelitis, & non inuenit afflictione meliorem.

POstquam exposuimus quicumque vacant legi, eos auertere à se malignum astrorum influxum, vt dictum est. Et quandoquidem omnia quæ perturbant fortunam vitæ hominis & illius vltimam fœlicitatem, sub duplici specie continentur, 1. Defectus rerum ad vitam necessariarum, 2. Abundantiæ nimiæ. Quamuis hæc duo sint absque dubio

maximè molesta. Certum est tamen abundantiam nimiam esse hostem magnum stantem à dextris, & à sinistris, vt impellat animam in retia, vnde se non possit expedire. Etiam vidimus superioribus sæculis ex multis filiis afflictorum ortum esse lumen legis mundo: Raro lex & diuitiæ in vna sede morantur. Copia enim diuitiarum sic trahit diuites vt toti sint in colligendis thesauris multis, nullam veræ perfectionis cognitionem habentes; quemadmodum fuse tractat autor ligationis sectione Tribuum capitanium: 30. v. 2. Et sectione Præbete aures Deu. 32. v. 1. Qui de his & similibus est consulendus. Quæsiuit Deus, inquiunt magistri nostræ beatæ memoriæ qualitatem bonam Israëlitis, nec inuenit nisi in afflictione; & quemadmodum dixit Samuël conueniunt afflictiones Israëlitis sicut gramen rubrum Equis albis. Difficultatem mouerunt quidam doctores; multa sunt, inquiunt, genera mortis, multæ viæ: sed his omnibus grauior est defectus pecuniæ: Quomodo ergo dixerunt magistri nostri nullam

qualitatem præſtantiorem afflictione illis contingere. Hæc eſt ſolutio. In Zohar ſect. Phinchas omnis populus & lingua, cum eſurit, iraſcitur, & maledicit regi ſuo & domino ſuo, ferturque ad præuaricationem: Verum Iſraëlitæ quos in hoc ſtatu conſtituit Deus, non negant illum ſed in ea conditione deliciantur, vt ſcriptum eſt Pſal. 18. v. 28. populum עני afflictum ſaluabis. עני autem ſignificat afflictum, quamuis quis abundet diuitiis: ſi tamen morbis vel plagis afficiatur, dicitur עני afflictus, aut ſi qui eum propterea crucient & quotidie vexent, quanto magis qui egenus eſt, vagus, & incerti laris: verum enim vero videtur mihi hoc dictum ſic etiam exponi poſſe. Quandoquidem multa millia myriadum ſequuntur concupiſcentiam temporaneam, diuitias & gloriam, videntur ſinguli eorum ſic efferri dicendo. Ego regnabo, dum colligunt centena & millena vt relinquant poſt ſe benedictionem in medio terræ, filiis & filiabus ſuis, eoque magis illis ſuadent deſerere viam legis & præceptorum & perſequi opes hoc

ſuo labore, dicentes: Quandoquidem homo natus eſt ad laborem, malo oculis meis videre laborem eum viuus videnſque, quam poſt mortem meam filios meos videri pulſantes oſtia magnatum propter fruſtum panis. Id nos & filij noſtri debemus poſteritati noſtræ. Has rationes multi ſequuntur palpantes veluti cœcus, totumque deſiderium oculorum ponunt in colligendis opibus & gloria, vaſis pretioſis, cælatis & effigiatis operibus, legem verò deſerunt in cornu anguli, ne minimum quidem ad eam attendentes. Ecce interim venit tempus ſtatutum fallens eos, percutiens eos in facie, & hæc offenſio eſt ſub manibus eorum: at quamuis magno ſtudio, diligentia, & cura conati fuerint implere manus ſuas, ſunt tamen vacuæ ab omnibus domibus eorum, ab omni bono & horto viridi: vacuos illos reddit tempus, abiectæ ſortis fiunt, deſpecti & humiles: liquefit cor eorum in medio ipſorum, & cum illis moritur ſapientia eorum. At vero ſapientia ſcribarum intus & extra diffundetur, etiam mercenarii mercede haurientes

haurientes aquam, & ligna ſcindentes ſeſe conſolantur: quandoquidem ita decretum eſt in cœlis, feramus, inquiunt, lubenter, vacemus legi mane & ſero: Deus eſt fiducia noſtra; fiat voluntas eius. Quotieſcunque verò domus eorum plenæ fuerint omni bono, nuſquam meminerunt Dei benefactoris ſui. Is itaque ſenſus eſt. Magiſtrorum noſtrorum ſi mundum dicunt non inuenit qualitatem præſtantiorem afflictione; quia non conuertunt cor ſuum ad dominum quorum plenæ ſunt domus omni bono; vt habitent in tentoriis ſuis Eſa. 8. v. 16. In tabernaculo legis & præceptorum liga teſtimonium & ſigna: euigilant enim & excitantur ad vias commodi diu noctúque, & acquirunt vires ad ferendum laborem & fatigationem circumeundo terras, vbi eſt lucrum, & vmbra eius, cor autem ſuum non conuertunt ad lucernam præceptorum & legis Dei. Si verò perierit poſſeſſio eorum, aurum & argentum eorum, nec eiuſmodi damnum vlla arte induſtriaue poſſit reparari, tunc vacant intelligentiæ lucernæ præceptorum

& lucis legis; quo animum non appellebant quando domi bene se habebant nulla re indigentes: in Zohar sectione Balak R. Menuna dixit afflictio & molestia Israëi est illi causa multorum bonorum, multorumque commodorum &c.

Contigit mihi quemadmodum illis negotiis sæcularibus implicari. Vix quidquam didici à iuuentute mea, & hucusque senectus necessario prouexit annos vitæ meæ, quamuis sapientia mea me deficiat. Momento fui decaluatus hinc inde, vereor ne idem eueniat mihi quod coruo, qui dum æmulatur compositos columbæ gressus, & affectat insolitam incedendi rationem obliuiscitur incedere vt prius, nec modum gressuum columbæ assequitur; sed attollit corpus suum eundo & saliendo. Itaque proiiciam donum meum ad dominum, & pedetentim gradiar ad videndum splendorem Dei & legis eius. Confidam in ramis consuetudinis ad habitandum in tabernaculo legis & præceptorum Esa. 8, Liga testimonium & signa: & nunc cum intelligo ruinam minari annos meos, repente me

obiturum in lateribus domus, extremum esse totius vitæ meæ, prope esse dies visitationis meæ, cum senio & canitie, nonne cor meum & anima mea appetent alto desiderio viam lucis, ad sustentandam senectutem meam; & quando parabo etiam domum meam? vbi est locus quietis meæ, vt delitier læto corde legens, repetens & meditans libros de anima. Dixi in corde meo, bonum est dare tranquillitatem & quietem animæ.

CAPVT TRIGESIMVM quartum.

Prolegomena collectionum suarum ex Zohar.

Excusatio autoris collecturi opus suum iuxta expositionem Zohar.

CVm vero proposuit mihi Deus librum Zohar, quot expositiones vidi, quot res profundas pretiosiores

margaritis, diffusas, sparsas, reconditas in profundis voraginum. In dicto libro singula ad arbitrium dispoſita ſunt, id eſt verſus cuiuſque ſectionis & verba antiqua prolata à Doctoribus, ſiue compoſitiones verſuum Bibliorum ſacrorum ſparſim per totum librum diffuſa ſunt, ita vt non dignoſcatur, quo ſuo quæque loco & ordine apte ſint referenda. Præterea multæ ſectiones non reperiuntur explicatæ; nempe de tribubus num. 30. v. 2. de profectionibus num. 33 v. 1. Cum ingreſſus fueris Deut. 26. v. 1. De terminis & benedictione. Et quamuis certo ſcimus in præſentiarum paucos eſſe propter peccata noſtra, qui intelligant & poſſint penetrare & reuelare myſteria, quæ tecta & recondita ſunt in lucerna ſancta; mirabilis conſiliarius deſuper nouit quæ ſunt in tenebris, & lux eſt cum eo, deduxit eum ad altitudines occultas, quas non nouit alius oculus præter eos quos vocat Deus. Inuenies tamen profecto multa deſiderabilia quæ manus cuiuſque (certo ſcio) decerpet. Itaque ſcrutatus ſum & quæſiui pro facultate in-

tellectus mei ſenſum ſimplicem ſcripturarum. Cibum pinguem præbuit mihi Doctrina eius. Sugens è corde eius, delitias ſcripturarum eduxi fluuios, torrentes mellis & butyri. Et ſpatiata eſt intelligentia mea in expoſitiones ornatas ſcientia mirabili. Ita excurri per ſemitas aureas, manipulos dictorum collegi, (quemadmodum meſſor aceruos ſegetum in vnum locum defert) provt occurrerunt mihi in qualibet ſectione verſus expoſiti via ſimplici & myſtica, vt hæ duæ viæ permixtim iunctæ ſimul expoſitionem legis componerent. At ecce quicumque aggreſſus eſt mandatum, dicunt illi, perfice, nec enim præceptum dicitur, niſi vt perficiatur. Itaque laboraui & collegi omnes verſus Bibliorum ſanctorum ex prophetis & hagiographis, ſuo ſingulos ordine digerendo, poſtquam vidi & inueni dignitatem eius qui componit & aptat verba verbis, vt dicitur in Zohar ſectione Iſta ſunt numerata Exod. 38. v. 21.

CAPVT TRIGESIMVM quintum.

Prosequitur Præfationem suam.

Quando ascendunt animæ, petit Deus ab illis quæ est innouatio vobis in mundo.

QVando anima ascendit, tunc interrogant eam de mysterio sapientiæ domini sui, quam quidem sapientiam provt assecuta & amplexata fuerit, sic dant illi mercedem. Quod si potuit amplecti, nec amplexa fuerit, expellunt eam foras, neque ingreditur, sed stat cum opprobrio sub palatio, cuius alas cum abstulerint seraphim, qui sunt inferius, tunc omnes alis suis impetunt & vrunt, nec vritur illa, stat neque stat, ita quotidie iudicatur, lux est, nec tamen est lux, quamuis habeat opera bona, quia non est merces in eo mundo, sicut illis qui student sedulo sapientiæ ad intel-

ligendum gloriam domini sui. In sect. In principio Gen. 1. Quando dictio legis innouatur ore filij hominis, illa dictio ascendit & stat coram Deo benedicto, & Deus benedictus defert illam ad se, & osculatur, coronatque 70. coronis sculptis & exaratis, & verbum sapientiæ ascendit & imponitur capiti iusti. In sectione mitte tibi viros num. 13. v. 2. Quando ascendit, omnes animæ stant cum figura coram rege sancto & Deus benedictus interrogat omnes. Quæ est hæc innouatio vobis in hoc mundo in lege. Beata est illa cuius innouatio legis loquitur coram eo. Quali gaudio exultat Deus benedictus? Congregat familiam suam, & dicit Audite innouationem legis quam protulit anima talis, Veni vide quando dictio renouatur in lege, vniuersa familia superior attendit ad illas dictiones, & animalia sancta adhærent sibi alis suis, iisque induuntur, at quando interrogat eas Deus benedictus, neque respondent silentes, tunc animalia sancta, quomodo scriptum est Ezech. 1. v. 24. Cum stant, remittuntur alæ eorum, quemadmodum

dicitur Iob. 32. v. 16. Steterunt neque responderunt vltra.

In hoc vero opere nihil aliud intendi quàm colligere expositiones Bibliorum sacrorum in legem, prophetas & hagiographra iuxta sensum simplicem & mysticum secundum Zohar in quo libro reperiuntur sparsim diffusæ vt dictum est. Eas vero quæ mysteriis & Cabala profunda inuolutæ sunt, suis locis reliqui: Volui autem in hoc opere cuilibet homini exigua & æquali mecum doctrina prædito, vel etiam minori peruia esse verba intelligentiæ. Placuit exponere singula simplici & mystico sensu, vt dictum est, ne occupemur occultis quomodo dicunt magistri f. m. noli altum sapere. Ad Cabalistas vero non accessi, vt colligerem ex illis expositiones profundas Cabalisticas quia illi sunt pauci, lex autem docet post multos declinandum, si occurrerint multa ex scripturis sacris mystice exposita, non recusaui colligere, & vna iungere duabus ex causis; 1. quia vir sanctus R. Simeon filius Iochai habet dicta sua aperta & mystica quemadmodum

dum dixit ille f. m. in sect. Accendendo te num. 8. v. 1. Væ dicenti legem similem esse narrationibus mundi, & verbis plebeiis &c. Et vt lex nostra sancta refert mysteria legis aperte & mystice, sic verba lucernæ sanctæ omnia sunt aperta aut abscondita, neque cuilibet peruia: at via aperta omnibus patet, senibus cum iunioribus, adolescentibus, etiam iis qui norunt arcanorum explicationem, vnusquisque enim scrutatur quo manu sua pertingere potest, & reliquum reponit mente in statera cordis, neque multitudinem differentiarum quæret; nam stulta de his inquisitio peruertet viam eius. Qui vero vel summitate virgæ quam habet in manu Cabalam degustauit, quæ Mosi tradita in sinai, ad nos ore transmissa est, ille intelliget mysteria eiusmodi. Et iam Philosophi comparatione hac vsi sunt. Quemadmodum diues, ad cuius hospitium diuertit quis cum iumentis suis, parat illi cibos delicatissimos, datque iumentis eius paleam & farraginem, vt par est, sic sanctus magister Simeon filius Iochai lucerna lucida fuse explicat my-

ſteria, habita ratione debilis ſcientiæ multitudinis, etiam explicat verba arcana Cabaliſtis peritis myſteriorum, & vterque accedit, ille vtrique fit affinis.

2. Multoties ſanctus ſupra celebratus inchoat expoſitionem alicuius capitis via Cabaliſtica, finit autem via ſimplici. Ideoque coactus ſum dicta verba referre, quomodo ſcripta reperiuntur in eo libro. Hæc compoſitio apud me delitеſcebat in theſauris meis iam à multis annis obſignata, & percutiebatur cor meum, an expediret in lucem proferre nec ne? Væ mihi ſi eloquar, væ ſi non eloquar, quia noui abiectionem meam magnam, cinis ego ſum ſocius omnium ignominia affectorum, multi enim videntes hoc opus non recta reſpicient, attendendo dignitatem & vtilitatem operis, ſed vt deſpiciant & probris afficiant tenuitatem autoris, & ſic dicant peruerſitate labiorum, vidiſtis fundamentum humile, molle, infirmum, ignominioſum, incœpit & perfecit legem domini integram: extitit per generationem paternam, creuit ab anno in annum, iam-

que impleuit ventrem suum cibo pingui in mensa aurea, & nunc vires sumpsit ad componendum libros, reuelando abscondita tecta & occlusa & disponendo confusa verba sancti. Quis misit manum suam in vnctum domini? Adhuc hæc consideranti mihi responderunt cogitationes meæ. Iustificationis ergo respondebimus tibi, arguemus & instruemus te. Nonne timor tuus stultitia tua est, perfectio tua est audacia tua, etenim qui perceperit bonum quod in opere tuo reperitur, in quo composuisti verba sancti, quæ tibi dispersa videbantur, laudem tibi multo potius dabit, quam vitio vertat tenuitatem apprehensionis tuæ. Namque norunt omnes, qui iudicium, & legem norunt, te hæc verba non protulisse ex corde tuo, idque peculiariter, operibus tuis testatum relinquis: ideoque quodcunque fecisti, recte fecisti, veritatem tecum sedulo habuisti. Itaque dixi in corde meo, Accedam ad magnificos mundi vt videant omnes opera manuum mearum. Ecce omnes quasi vno ore responderunt mihi annuentes capite,

bonam intentionem & bonam expositionem inuicem iunxisti, gratiam & intellectum bonum coram Deo & hominibus inuenisti, bonum in oculis domini & hominum fecisti.

Vocaui autem hoc opus תמים יחדיו perfecta simul multas ob causas primo quia hoc nomen docet quid & quale sit opus, cum singuli versus hac illac sparsi, suo quique ordine statuuntur, tunc simul sunt perfecti 2. multoties fuse explicamus aliquem versum vnde etiam alij versus explicantur; collecti & sibi mutuo inhærentes simul inuicem erunt perfecti: deinde etiam nomen vere est impositum propter apertum & arcanum, maxime cum statuerimus in hoc opere colligere huc illuc diffusas lectiones Bibliorum sacrorum via simplici expositas; simul positæ veræ aparebunt simulque erunt integræ, apertas & mysticas coniungendo propter causam supradictam, deinde quando quis scrutatur & quærit aliquid, nec inuenit, res illa quæsita nondum est integra, quia deest illi quod quæritur quod cum repertum fuerit, tunc vocatur

integra & absoluta. Itaque cum reperies omnes versus scripturæ sanctæ qui in libris Zohar erant dispersi, coniunctos & suo loco compositos, tunc res quæsita erit integra, reperietur enim hic, quod quæretur, quod hactenus difficile erat repertu: & vt facilitatem præberem omnibus quærentibus expositionem alicujus versus, siue ex lege, siue ex Prophetis siue ex hagiographis notauit itulos in fine libri, vbi breuiter exposui summaria cuiusque versus, qua de re fiat sermo, & quid dicant interpretes magistri nostri f. m. vt appareat vtilitas huius operis; designantur autem notis אבגד 1. 2. 3. 4. &c. Sic etiam notaui ad singulos versus locum Zohar vt cuilibet lectori, si lubeat quærere, pateat, qua in pagina, qua in columna reperiatur. Vtinam ergo Deus benedictus perficiat pro me, & complaceat sibi in nobis, & opus manuum nostrarum amet & dirigat, & dignos faciat nos multis bonis absconditis, quæ non vidit oculus, nisi quem accepit sibi. Verba oris mei & meditatio cordis mei placeant Deo

adiutori & redemptori meo, & oculus prouidentiæ eius illuminet nos. Sic dixit Israël, in quo glorietur Deus.





SPECIMEN

תמים יחדיו.

Siue collectionum R. Iſraël ex Zohar in Pſalmos.

PSALM. LI.

Miſerere mei Deus, &c.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco.

Zohar ſect. Noachi generatio col. 216.



Vantum cauere debent homines ne peccent coram domino deo benedicto. Ecce enim quando peccat homo, notatur peccatum eius ſurſum; neque vero deletur

nisi vi magna quomodo scriptum est Ier. 2. v. 22. Si laueris te nitro & multiplicaueris tibi saponem, maculata es coram me, in iniquitate tua dicit dominus Deus. Vide quando semel peccat homo coram Deo benedicto, notam describit Deus: cum vero iterum peccat, auget notam: redit ad peccatum, quaqua versum diffunditur nota, ita scriptum est Ier. 2. v. 22. Maculata es in iniquitate tua. Vide quando peccauit Dauid coram deo benedicto in facto Bethsabeæ; putabat peccatum suum esse notatum aduersus se in æternum: Quid scriptum est Sam. 2. cap. 12. v. 13. Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris: remouit à conspectu suo notam illam. Dixit R. Aba. Ecce didicimus Bethsabeam à die creationis mundi designatam, & dicatam esse Dauidi regi. Quare dedit illam prius deus benedictus Vriæ Hetthæo? Respondit illi R. Eliezer. Hæ sunt viæ Dei: quamuis determinata & dicata sit vxor alicui: prior tamen alius illam ducere potest. Quando vero venit tempus eius, ille qui prior duxit, cedit sequenti, & discedit è mundo.

mundo. At vero illum ante tempus è medio tolli, vt alteri cedat, ægre fert Deus. Et hoc eſt myſterium, quare Bethſabea prius tradita fuerit Vriæ Hettæo. Egredere, ſcrutare & reperies, quare tradita ſit terra ſancta Cananæis, antequam veniſſent Iſraëlitæ: Reperies hoc & illud omnino vnum, idemque eſſe, & ſimile myſterium. Vide. Et ſi confeſſus eſſet Dauid peccatum ſuum, & pœnitentiam egiſſet, non tamen auertit quaſi immemor cor ſuum, & cogitationem ſuam a peccatis, quæ commiſerat, etiam à peccato Bethſabeæ. Timebat enim ſemper, ne vel vnum ex illis cauſam daret, cur tempore diſcriminis occideretur, ideoque memoriam eorum a cogitatione ſua non transferebat.

Alia Expoſitio

Quoniã iniquitatem meam ego cognoſco

Noui peccata hominum ſecundum omnes gradus

Et peccatum meum contra me eſt ſemper.

Hæc eſt macula Lunæ, cuius immunditie non receſſit, donec aduentu Salomonis perfectè, & plenè ſplenduit, tuncque mundus delitiis perfuſus eſt, & Iſraëlitæ tuto & ſecure habitauerunt quomodo ſcriptum eſt Mich. 4. v. 4. & ſedebit vir ſubtus vineam ſuam, & ſubtus ficum ſuam, nihilominus peccatum coram me eſt ſemper, non auferetur è mundo, donec aliquando veniat Meſſias iuxta illud Zach. 13. v. 2. Et ſpiritum immundum auferam de terra.

Tibi ſoli peccaui.

Zohar ſect. Hæc ſunt Iudicia col. 190.

QVid eſt tibi ſoli? niſi quod ſint peccata, quæ committit homo aduerſus Deum, & homines; & ſint peccata, quæ committit aduerſus homines, non aduerſus deum benedictum. Denique ſint peccata, quæ committit aduerſus Deum benedictum ſolum, non ad-

uersus homines. Quod si dicas. Ecce peccauit cum Bethsabea. (Notum vero est vetitum esse adulterium) peccauit ergo aduersus socium suum, & aduersus Deum benedictum. Hoc licuit illi, quia eam fœminam accepit Dauid, quæ sua erat: miserat enim illi maritus eius libellum repudii, antequam proficisceretur ad bellum; Quippe hic erat mos omnium castra sequentium. Eo autem postea tempore, quo licitum erat illam ducere, duxit eam Dauid. Sic totum hoc licite fecit: alioqui si id illi fuisset prohibitum, non illam reliquisset ei Deus. Idque testatur quod scripum est Sam. 2. cap. 12. v. 24. Et consolatus est Dauid Bethsabeam vxorem suam. Testatur vxorem ipsius fuisse, vxorem illi dicatam a die creationis mundi. Itaque non peccauit Dauid cum Bethsabea, vt dicunt. Quod est ergo peccatum, quod soli Deo peccauit, & non alteri? Hoc scilicet, quod occiderit Vriam gladio filiorum Hammon: non autem occiderit eum, quando dixerat illi 2. Sam. cap. 11. v. 11. Et Dominus meus Ioab. Erat enim Da-

uid dominus eius, vt docet scriptura 1. paral. cap. 11. v. 11. & ista sunt nomina robustorum Dauid, non autem Ioab. Non tamen tunc occidit eum, sed postea gladio filiorum Hammon, & dixit scriptura. Non inuentum est in eo quidquam, nisi tantum quoad factum Vriæ Hettæi. Tantum diminutiue quoad factum Vriæ, non autem quoad Vriam. Dixitque deus benedictus 2. Sam. cap. 12. & occidisti eum gladio filiorum Hammon. Omnes gladii Hammonitarum habebant sculptam imaginem draconis serpentis tortuosi idoli sui. Dixit deus benedictus dedisti fortitudinem illi idolo. Tunc enim cum gladius filiorum Hammon inualuit aduersus Vriam, quanto robore firmatus est serpens tortuosus. Quod si dicas Vriam non fuisse Iustum. Non ita est, quamuis de eo scriptum sit Vrias החתי. Ita enim vocatur a loco, in quo habitabat, Hettæus, quomodo vocatur Iephte Gilgadensis à loco suo. Ideoque dictum est, Quoad factum Vriæ Hettæi: immisit enim idolum Hammonitarum in castra Dei; quandoquidem

castra Dauid erant omnino typus superioris exercitus: quando vnus horum exercituum scissuram patiebatur, patiebatur & alter. Quamobrem dixit Dauid. Tibi soli peccaui. Tibi soli, & non alii. Hoc est peccatum quod commisit aduersus deum, & hoc est quoad factum Vriæ scilicet interempti gladio filiorum Hammon.

Zohar in principio col. 31.

QVando rex Dauid illud facinus terribile patrauit. Tunc ascendit coram deo Dumah præfectus Gehennæ, & dixit illi. Domine mundi scriptum est in lege Leu. 20. v. 10. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriantur & mœchus, & adultera. Dauid hac turpitudine irritum fecit pactum: quid fiet. Respondit ei deus benedictus. Dauid iustus est, & pactum sanctum stat recte, vt par est: noui enim dicatam illi esse Bethsabeam a die creationis mundi. Dixit Dumah. Si tu no-

ueras ille ignorabat. Dixit deus licite fecit, quod fecit; nullus enim ad bellum proficiſcitur, niſi miſſo prius ad vxorem libello repudii. Reſpondit Dumah. Eſto: at ſaltem tres menſes expectare debebat, quos tamen non expectauit. Dixit deus verum eſt quando conſtat vxorem eſſe grauidam. Sciebam vero nũquam Vriam acceſſiſſe ad eam. In eo enim nomen meum ideo inſcripſeram, quod nomen eius teſtatur אוריה vel אוריהו lux dei יה vel יהו. Signatum erat in eo nomen meum, ne vnquam cum Bethſabea rem haberet. Reſpondit Dumah. Hoc eſt quod dixi. Si tibi notum & exploratum erat cum cum Bethſabea rem non habuiſſe. Quis tamen id ſciebat? debebat expectare tres menſes. Enimvero ſi reſciuiſſet Dauid Vriam nunquam rem habuiſſe cum Bethſabea; non dimiſiſſet eum, & iuſſiſſet cum vxore ſua cubare 2. Sam. cap. 11. v. 8. Vade in domum tuam, & laua pedes tuos. Dixit Deus. Certe id non nouerat Dauid: verum expectauit pluſquam tres menſes, effluxerant enim tunc quatuor menſes. Diſcimus vigeſimo quinto die

Nisan siue lunationis martii mandatum Dauidis fuisse proclamatum per vniuersam terram Israël, & Vriam cum aliis septimo die siuan siue lunationis Maii accessisse ad Ioab, & mense siuan, Tamus & Ab siue Lunationibus Maii, Iunii, & Iulii vastasse terras Hammonitarum. In Elul vero siue lunatione Augusti ibi constiterunt: & vigesimo quarto die Elul contigit factum Bethsabeæ. Die autem propitiationum dimisit illi Deus benedictus hoc peccatum. Quidam dicunt proclamatum fuisse mandatum septimo die Adar siue Aprilis, & decimo quinto Augusti contigisse factum Bethsabeæ: die vero propitiationum renuntiatum esse Dauidi quod scriptum est 2. Sam. cap. 12. v. 13. Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris. Quid est non morieris? id est non morieris manu Dumah. Dixit Dumah. Habeo verbum, quo aduersus illum insurgam; aperuit enim os suum, & dixit 2. Sam. cap. 12. v. 5. Viuit Dominus quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc. Ipse se ipsum condemnauit.

Habeo potestatem in eum. Dixit Deus Nulla est tua, in eum potestas: Etenim confessus est mihi v. 13. Peccaui domino. Quamuis verò in hoc non peccauerit, propter facinus tamen commissum aduersus Vriam, statueram pœnam, qua mulctaretur. Mox Dumah repetiit mœrens locum suum. HOC est quod ait Dauid Psal. 94. v. 17. Nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno, in Dumah anima mea.

Et malum in oculis tuis feci.

Dicendum erat coram oculis tuis. Quid est in oculis tuis? In loco, inquit, Dauid; in quo peccaui eram in oculis tuis: sciebam enim oculos tuos esse præsentes mihi, & apertos; nec tamen attendi ad eos. Ecce peccatum quod ibi commisi feci in oculis tuis.

Vt iustificeris in sermonibus tuis, &c.

Neque quisquam possit aduersus te os aperire.

aperire. Vide omnis artifex ſecundum artem ſuam loquitur. Fuerat Dauid Regi a facetiis, & quamuis in anguſtia verſaretur: tamen cum ſtetit coram rege (ſcilicet Deo) rediit ad facetias ſuas vt regi voluptatem præberet, dixit, Domine mundi. Ego dixi Pſal. 26. v. 2. Proba me domine, & tenta me. Tu vero dixiſti me non poſſe ſuſtinere tentationem tuam. Ecce peccaui, vt iuſtificeris in verbo tuo, & ſit verus ſermo tuus. Nam, ſi forte non peccaſſem, vera quidem ego locutus eſſem; tu vero falſa. Nunc ergo cum peccaui, vt eſſet verus ſermo tuus, dedi locum iuſtificationi verborum tuorum: Effeci vt iuſtificareris in ſermonibus tuis &c. Redit Dauid ad artem ſuam, & in medio anguſtiæ ſuæ loquitur facetias regi.

Cor mundum crea in me Deus, & Spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Zohar sect. & habitauit Iacob. col. 429.

COr mundum quomodo 1. Reg. cap. 3. v. 9. Dabis ergo seruo tuo cor docile &c: & Prou. 15. v. 15. Cor bonum conuiuium iuge. Ideo cor mundum & Spiritum rectum innoua in visceribus meis: hic est profecto spiritus rectus de quo Gen. 1. v. 2. & spiritus domini ferebatur super aquas. Effusus est ille spiritus Messiæ Ezech. 11. v. 18. & spiritum nouum tribuam in visceribus vestris. Sic orat Dauid: spiritum rectum innoua in interiori meo. Est enim ex alia parte, cor immundum & spiritus vertiginis, qui peruertit homines, & ille est spiritus immundus, qui vocatur spiritus vertiginis Esa. 19. v. 13. Et miscuit Deus in medio

eius ſpiritum vertiginis. Itaque ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Quid eſt hoc Innoua? innuit innouationem Lunæ tempore nouilunii. Sic Innoua.

R. Eliezer & R. Ioſe iter faciebant. R. Ioſe dixit ad R. Eliezer. Ecce ſcriptum eſt 2. Paral. cap. 18. v. 20. Proceſſit ſpiritus, & ſtetit coram domino, & ait. Ego decipiam eum. Cui dominus. In quo, inquit, decipies? at ille reſpondit. Egrediar & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Didicimus autem hunc eſſe ſpiritum Naboth Iezraëlitæ: præterea ſcimus ſpiritus, cum aſcenderunt & ſteterunt ſurſum, poſſe redire in hunc mundum, & oppugnare illum. Ita dictum eſt. Egrediar, & ero ſpiritus mendax, &c. Nota vero cur punitus fuerit Achab. Erat enim ſtatutum legis, quod antea Samuël impoſuerat Iſraëlitis, vt ſcriptum eſt, Sam. cap. 8. v. 14. Agros quoque veſtros, & vineas, & olіueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. Cum ergo Rex Achab vineam Naboth occupauit, licite & legitime fecit. Et nota obtuliſſe illi argentum & aurum, quod

certe ſpiritus mendacii. Nota eo quod Achab occiderit Naboth, & illius interfecti vineam ſibi vendicarit, punitum fuiſſe; non quod occiderit illum, ſed quod iniuſte occiderit. Interfecit illum iniuſte, & cœpit vineam eius 1. Reg. cap. 21. v. 19. Occidiſti, inſuper & poſſediſti: eamque ob cauſam mulctatus eſt. Vide, quot ſunt homines in hoc mundo, quos ille ſpiritus mendacii trahit in fallacias & mendacia: & quot in partibus, quot operibus ille mundo dominatur: teſtantur id ea verba. Quamobrem Dauid Rex petebat ab eo eripi, & exire è medio immundiciei eius. Quomodo ſcriptum eſt. Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Hic eſt ſpiritus rectus: alius eſt ſpiritus mendacii. Itaque duo ſunt illi gradus, vnus ſanctus, alius immundus.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem vtique.

Quare non vult Deus offerri sibi sacrificium: at ecce statuit sacrificia peccatoribus, vt ea offerant, & dimittantur eis peccata? Enim vero Dauid loquitur ad Elohim: non offertur autem sacrificium nomini Elohim, sed Iehouah: nec enim propter iudicii seueritatem fiunt oblationes proprietati iudicii. Ita scriptum est Leu. 1. v. 2. Qui ex vobis obtulerit oblationem Iehouah: dixit, Iehouah, non nomini Elohim Leu. 2. v. 1. Cum obtulerit oblationem sacrificii Iehouah. Leu. 22. v. 29. sacrificium laudis Iehouah. Leu. 3. v. 3. & offerent de hostia pacificorum in oblationem Iehouah. Ideoque cum dixerit Dauid. Elohim; dicendum fuit. Si voluisses sacrificium dedissem vtique, holocaustis non delectaberis: huic enim nomini non solent fieri oblationes. Verum sacrificia Elohim sunt spiritus contritus, dolor, & contri-

tio cordis. Quapropter qui ſomniauit ſomnium malum, debet dolore affici, vt reſpiciat ad attributum Elohim iudicis & dei viui. Sacrificium enim attributi iudicii opus habet dolore, & contritione ſpiritus, & ille dolor conuenit ſomnio, vt non præualeat ſomnianti iudicium: obtulit enim Deo ſacrificium quod conuenit attributo iudicii.

Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Quid eſt non deſpicies? Id eſt non eſt è genere cordium, quæ deſpicit Deus. Cor elatum, cor ſuperbo ſpiritu, ea corda deſpicit Deus. Verum cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Alia expositio.

Zohar sect. & inclamauit. col. 13.

DIxit R. Schimeon. Vide nulli hominum propius accedũt ad Deum, quam vasa, quibus vtitur Deus: & quinam illi sunt? Ii qui sunt corde contrito & humiliato, humili & contrito spiritu, hi sunt vasa Regis, qui ad Deum propius accedunt, quam alii omnes, quomodo scriptum est Psal. 22. v. 25. Quoniam non spreuit, neque despexit contritionem afflicti. Vide oblatio pauperis minima est omnium, quia cor eius contritum est: & quamuis cogitauerit peccare, remouetur ab eo peccatum, quia in afflictione & angustia versatur cum domesticis suis. Eam ob causam singulas oblationes vniuscuiusque seorsim attendit, & considerat sacerdos. Exemplo sit ille diues, qui obtulerat sacerdoti duos turtures: Cum aspexit eum sacerdos, dixit illi.

illi. Non est tuæ sortis hæc oblatio. Reuersus est domum, mœrore confectus. Dixerunt illi fratres eius. Cur te excrucias? Respondit illis; quia non acceptauit sacerdos oblationem meam. Dixerunt illi. Quænam erat illa? Duo turtures, inquit. Dixerunt ei. Hæc pauperis est oblatio, non tua. Scriptum est enim. Quod si pauper fuerit neque assequatur manus eius &c. Leu. 14. v. 21. Verum offer oblationem tuam: dixit illis. Quænam est illa? Bos vnus, inquiunt, Respondit illis. Quantum me nihilominus turbat cogitatio peccati. Voueo me in cor meum nunquam introducturum cogitationem peccati. Deinceps quid fecit? Interdiu negotiationi vacabat, noctu dormiebat. Quando excitabatur, vocabat fratrem suum, & docebat illum verba legis, & studendo vsque ad ortum diei reperiebatur docens legem (Vocabatur Iuda) Altero quodam die offendit illum R. Iesa senior distribuentem opes suas, dimidium pauperibus, dimidium nautis ad negotiationem maritimam. Sedebat & legi operam dabat. Vide oblatio pau-

T

peris reputatur coram Deo benedicto duplex. Vna pinguedinis & sanguinis eius, altera quam offert, quia, cum nihil habeat ad comedendum, offert tamen oblationem, oblationem minimàm omnium, duos turtures, aut duos pullos columbæ, vel saltem modicum farinæ, Ita remittuntur peccata eius. Tunc clamant, & dicunt. Quoniam non spreuit, neque despexit contritionem pauperis Psal. 22. v. 25. Oblatio, inquit pauperis præstat omnibus: illa enim fuit in causa, cur adiunctus sim cœtui domini: fuit in causa cur particeps fuerim legis. Ideoque distribuo omnes opes meas pauperibus, quia illi omnium mihi causa fuerunt. Ecce quemadmodum pauper sanguinem suum, & adipem facit feruere; sic farinam illam oleo feruere faciunt.

Benefac in bona voluntate tua Sion vt ædifices muros Ierusalem.

Zohar sect. Hæc sunt iudicia, col. 193.

NOtandum nobis est, quare dixerit. Benefac. Videtur iamdiu bona contulisse in Sion. Nunc ergo bonum est illis bonis adiectum? Sic profecto est. Ecce enim à die, quo Deus benedictus vacauit ædificio domus sanctæ superioris, nondum illud bonum bonæ voluntatis resedit in eo ædificio, ideoque non est consummatum, quando enim bona voluntas superior diffundetur, benefaciet, & accendet luminaria illius ædificii, & illius opificii; ita vt nequidem Angeli superiores possint intueri domum sanctam, & illud ædificium. Tuncque totum opus perficietur.


Vt ædifices muros Ierusalem.

Quia à die, quo vacauit ædificio domus sanctæ, hactenus non ædificauerat illos. Quod si hactenus muros Ierusalem non ædificauerat quanto minus domum sanctam. Verum enim vero opera Dei non sunt sicut opera hominum. Homines, quando ædificaturi sunt domum sanctam, extruunt prius muros ciuitatis, vltimo ædificant domum sanctā Muros ciuitatis prius construunt, vt illis protegantur, deinde ædificant domum. Non sic Deus benedictus: sed primum ædificat templum, postea, cum descendet, & residebit in loco suo, tunc ædificabit muros Ierusalem, muros ciuitatis. Ideoque primo dixit Benefac domine in bona voluntate tua Sion. Postea & Ædificabis muros Ierusalem. Hic est mysterium. In omnibus operibus Dei quod exterius est, primo fit, deinde medulla interior. Hic vero non ita. Vide in omnibus operibus Dei benedicti, in quibus prius fit quod est exterius, mente

& intentione prior est medulla, actu vero quod est exterius. Ecce enim cortex est ab exteriori parte, medulla vero ab interiori, & semper exterior pars prior oritur, & crescit, vt conseruet fructum. Cum creuit, dispergunt quod est exterius (Iob. 27. v. 17. Parabit impius, & Iustus induetur illis) Dispergunt illum corticem benedicentes iusto mundi. Verum hic in ædificio domus sanctæ, cum è mundo erit ablata pars mala, non id erit necesse, quia medulla, & cortex Dei erunt. Prior erit medulla quomodo scriptum est Benefac in bona voluntate tua Sion primum. Postea ædificabis muros Ierusalem, id est muros exteriores, qui proprie sunt cortex eius, quomodo scriptum est Zach. 2. v. 5. Et ego ero ei, inquit Deus, murus ignis in circuitu. Ego, & non pars mala. Israëlitæ sunt medulla mundi. Israëlitæ erant in intentione Dei: Reliqui populi, qui sunt cortex, præuenerunt, vt scriptum est Gen. 36. v. 31. Reges autem qui regnauerunt in terra Edom antequam haberent Regem filii Israël, fuerunt hi. Tandem decreuit

Deus prius producere medullam absque cortice quomodo. Ier. 2. v. 3. Sanctus Israël domino, primitiæ frugum eius. medulla præcedet corticem, & quamuis sit medulla sine cortice; tamen quicumque manum suam extulerint ad comedendum eam, scriptum est Ier. 2. v. 3. Omnes qui deuorant eam, delinquunt; mala venient super eos, dicit Dominus. Tunc temporis. Acceptabis sacrificium Iustitiæ.





OPVS RYTHMICVM.

R. Abraham Aben Ezræ.

De modis quibus Hebræi legem solent interpretari.

DIxit Abraham Hispanus supra nominatus, legis interpretes quinque vias insistunt.

1. Prima via longa est & lata, quæ viros ætatis nostræ fugit: si veritas sit veluti punctum in medio sphæræ, hæc via est tanquam linea latitudinis, cuius initium est circumferentia. Hanc secuti sunt magni & sapientes viri qui in Academiis regni Ismaëlitarum floruere. Qualis est R. Isaac, qui ab initio primi capitis Geneseos vsque ad primum

verbum secundi (& perfecti sunt:) duos libros composuit: nec dum præ multitudine verborum perfecit. Ad versum, fit lux, officium lucidorum recenset, etiam & tenebrarum facit mentionem cum & ipse in tenebris ambulet, nec aduertat. Exponendo (protulit terra) ex corde suo verba protulit. Locutus est enim de arboribus & herbis tam magnis, quam paruis: & explicando (Animas viuentes) adduxit opiniones extraneas; quam viam insistit R. Saadias Gaon exul. Interpretando (fiant luminaria) collegit doctrinas exoticas ad intelligentiam dimensionum secundum Mathematicos. Etiam R. Samuël filius Hophni ventum collegit בחפניו Prou. 30. manibus suis præ copia materiæ suæ, cum exponit versum 10. capit. 28. Gen. Egressus est Iacob: recenset enim omnes prophetas eiusdem nominis, & quoties quisque eorum è loco suo migrauerit, tum quæ sit peregrinationis vtilitas. At hæc expositio nullomodo est vtilis, quin imo longa, postea versu 12. & somniauit, scripsit Oneirocritica, & quare inter dormiendum

dormiendum appareant somnia. Qui vult autem stare opinionibus extraneis, discat illas ex libris intelligentium: tunc attendat an rectae sint. Gaonitae enim sine argumentis eas in libros suos referunt; cum tamen quidam ex illis viam antiquorum ignorantes, nesciant, vnde sint desumptae. Via secunda ea est, quam praui & astuti sectantur, licet Israëlitae qui se in puncto versari putant, cuius tamen locum nesciunt. Est autem haec via Saducaeorum, vt Ganan, Beniamin, Messiah, Iesuah, & id genus aliorum, qui dictis legis interpretum fidem non adhibent: sed quisque dextra sinistra nutando ad libitum versus exponit, etiam quoad praecepta, & ritus. Ipsi vero viam linguae sanctae ignorantes, vel in Grammaticis errabunt: & quomodo mente propria vlli praecepto adhaerebunt, cum illos singulis momentis in omnes partes versent cogitationes ipsorum, nullum est enim mandatum in lege, cuius omnia requisita explicentur. Sed aliquid exprimitur, maius vero subintelligitur: statuunt quippe (doctores) vice legis de cibo die

propitiationum, & fermento Paſchatis quod non fecerunt mundi de ceſſatione 7. dierum, oblationibus, tabernaculis, vociferatione. Nec enim in lege ritus annui explicantur. Quomodo ergo menſes ſupputabimus? at afflictæ ſcientiæ rebelles coniiciunt ex verſu 14. Gen. ſint לאותות ולמועדים ideſt in ſigna & tempora. Nec intelligunt, quod, ſint, eſt verbum plurale tam de ſtellis, quam de luminaribus. Qui vero dicit, vau ולמועדים redundare, quia לאות in ſignum, coniungitur cum מועד tempore quaſi dicat in ſigna temporum; quærat ſibi aliquem qui hoc amice credat. Licet enim vau reperiamus bis aut ter redundare; quis tamen docebit nos, quod hic redundet, cum in mille dictionibus ſit ſignificatiuum. Nec vero illud Pſalmi 104. v. 19. fecit Lunam in tempora, explicari debet ſecundum verba illorum, quibus lumbi nutant. Quamuis vero ſcriptum eſſet (& ſit Luna in ſignum temporum menſis) vnde tamen ſciremus, illa tempora eſſe Deo ſacra: ſunt enim multa tempora in lege, Hagiographis, & pro-

phetis. Licet autem explicatum esset de festis Dei; adhuc tamen restat magna difficultas. Vtrum sit mensis quando Luna circuiuerit circulum Zodiaci; quod fit intra viginti septem dies & certas horas? an quando redierit aut circuli excentrici deferentis: aut iuxta sapientum sententiam, facta reuolutione orbis deferentis caput Draconis, cui motus Epicycli vere & constanter opponitur. An vero coniunctiones luminarium amplectemur. Tres sunt eae coniunctiones. Coniunctio in suis orbibus media; coniunctio respectu superioris vera, & coniunctio diuersitatis aspectus. At ignorabimus an sit recta; aut haec, aut illa. Qui dicunt illa suspensa oculis patere, profecto oculos habent, & non vident. Quod si haec edocti fuerimus lege, aut consuetudine; locus, vbi id reperiebatur, periit: nec enim recte explicant illud num. cap. 28. v. 14. Mensis in mense, quia ibi non fit mentio Lunae, sed est sensus vt fiant omnia suo tempore, diaria suo die, sabbataria, sabbato suo. Notum est, quod ab ortu, vsque ad tempus no-

nilunii, aliquando sex horæ intercidunt, & apparet Luna vtique certa ratione, aliquando vero triginta horæ intercidunt; interim cum non apparet ne in montibus quidem, quia motus Lunæ ex parte sphæræ suæ & sphæræ solis variant, tum propter longitudinem, & latitudinem regionum. Quod si terræ nubes incubuerit ita vt non appareat Luna initio mensis Elul. Augusti & Tisri Septembris; num affligemus nos per tres dies festo propitiationum? Præterea, vnde habemus, quod triginta dies in mense numeremus. Ecce enim Iudas Persa composuit librum, vbi ex computo solari annum & menses supputauit. Etiam non discemus ex lege testimonium mensis, seu apparitionis Lunæ, & vtrum illi qui testatur de apparitione Lunæ longum iter sit faciendum die sancto. Et recipere ne debeamus testimonium patris & filij, peregrinorum & mulierum. Et quamuis hæc omnia essent explicata, adhuc tamen restat magna difficultas non exposita in lege Mosis. Scire nempe quot sint menses in anno, & vtrum de frugibus

nouis certum ſit ; an ſint hordeum vel frumentum , & vbi requirentur. Vbi erunt hordea ? Si enim fuerit eo anno ſterilitas in terra Iſraël & circum; non erit ſemen, quanto minus fruges nouæ. An ſtatuemus annum ſimplicem aut Embolimæum? Nihil horum ne Ziphra quidem refertur : nec erit feſtum quod vocamus עצרת Collectam. Sed hæc omnia præcepta Cabala, & traditione nituntur. Qui dicunt Talmudiſtas teſtimonium ferre de aſpectibus Lunæ, bonum reſponſum afferunt; ſi teſtimonio eorum fidem habent, recipient teſtimonium de ritibus anni neceſſariis, quia ſic à Conſiſtorio traditum eſt. Statuit enim intercalationem propter menſem nouarum frugum, propter ſolſtitia & æquinoctia, ritusque Synagogæ neceſſarios. At quare in præceptis percuſſionis lepræ exponuntur iudicia, cum tamen ad vnum tantum hominem pertineat præceptum, ſitque paucorum capitum. In præceptis vero feſtorum, quibus omni tempore tenentur omnes Iſraëlitæ, cur nihil certi lex habet, præter indicia, quæ paſſim

ſcrutamur. Quare ſic ſe habent verba legis adeo perfectæ? Eſt hoc nobis certe ſignum quod Moſes lege non ſcripta nitatur, quæ eſt lætitia cordis, & ſanitas oſſium: nec enim differunt inter ſe duæ leges, ſed à patribus noſtris ambæ ſunt nobis traditæ.

Confirmat veritatem Paſcha Ezechiæ quod fecit conſilio ſeniorum; nec tamen obtulit Paſcha ſuo tempore, vt habetur 2. Paral. cap. 30. Comedit enim fermentum menſe primo, & fecit Paſcha ſecundo menſe, primo ſeptem dierum. Sunt autem argumenta multa; quibus probatur, opera eius magnum quid & altum continere, quia id inito conſilio fecit, & ſine dolo.

Via tertia eſt via tenebrarum & caliginis. Eſt enim extra circumferentiam ſphæræ, quam qui inſiſtunt ſingula verba arcana pronuntiant: & putant quod præcepta & iudicia ſint ænigmata; quibus paucis reſpondebo, quod errant corde; quia iuxta veritatem verba non diſtribuunt: Etenim cuilibet verbo ſua eſt veritas, vt quodlibet verbum tam ma-

gnum quam paruum in bilancibus cordis ponderetur. Eſt enim in corde ſcientia plantata à ſapientia permanentis à ſæculo. Quod ſi ſcientia id non ferat, aut deſtruat ea quæ formantur in ſenſu; tunc ſibi arcanum quæret. Quippe id examine ſcientiæ ſtatuit. Nec enim lex Ignaris tradita eſt, & angelus qui eſt inter hominem & Deum, ille eſt intelligentia eius. Igitur omne verbum, quod ſcientiæ aduerſatur, exponamus ſecundum ſimplicem ſenſum & rationem eius, ſtatuamuſque in ſede propria, & credamus ſic verum eſſe, nec palpemus parietem ſicut cæci, vtamur verbis provt indigemus: & quare manifeſta cum occultis mutabimus? Quod ſi in quibuſdā locis ita connectantur, vt vere & clare vnum ex duobus ad corpus, alterum ad æſtimatiuam pertinere videatur, veluti in dictione præputium carnis & præputium cordis, vt & arbor ſcientiæ: tunc placet myſterium: etiam ſicut verba ſonant vera ſunt. Quod ſi quis hæc capere non poſſit, ſi ſapit aperiat oculos, inueniet enim in rebus plurima, quibus hoc deffendatur; vt

נחירים nares רגליים pedes. Vox enim dualis res geminas significat.

Via quarta est vicina puncto, quam institerunt qui allegorica expositione vtuntur. Est autem hæc via sapientum qui in terris Græcorum & Romanorum floruere; qui non attendunt ad pondus bilancium; sed tantum adhærent expositioni mysticæ, provt est in libris scientiæ boni, & lucis oculorum. At cum inuenerint expositiones in libris priorum, cur eas iterum describendo deinde nos fatigant. Est autem expositio allegorica huiusmodi opposita expositioni, estque arcana, nec explicata, veluti quod lex fuerit duobus annorum millibus ante mundum. Et hoc verum est, verumtamen occultum, multi enim id non intellexerunt: nec enim vt sonat stare potest, quandoquidem annus constat ex certis diebus; at mensura momenti, & diei supputatur ex motu sphæræ: si non fuerit sphæra, non est dies; quanto minus mensis aut annus, aut numerus mille. Quod si quis petat. Quid fuit mundus in principio? nonne erubescet quærere

quod

quod nihil est. Et quum respondent, quod creauit Deus mundum, quo tempore cognouit bonum esse: Etiam hoc responsum fundatur petra inanitatis. Et quum dicunt, quod creauit Deus mundum, vt ostenderet fortitudinem suam homini, qui est radix creationis eius. Ecce infirma sunt hæc responsa, nec nisi minimam partem magnæ quæstionis continent. Nam certum est & euidens oculatis, non cæcis τὴν οἰκουμένην vere esse dimidium sextæ partis terræ: totamque esse veluti punctum respectu sphæræ proxime ambientis; quanto magis respectu superioris. Iam vero si recta via, non allegorica de die quæramus secundum consuetudinem scripturæ, an si designaretur numerus mille, scriptum esset, Dies. Ecce dies dies idem est atque semper, sicut vir vir vnusquisque ita Psal. 67. v. 20. Benedictus dominus die die, hoc est semper. Item id arguit finis versus 30. cap. 8. Prou. Ludens coram eo omni tempore. Sequitur postea vigilando super fores meas die die, quotidie, semper. Quod cum ita sit sustinebimus legem

fuiſſe duobus millibus annorum ſcilicet ante mundum, cum præterea mille anni in oculis tuis, non ſint coram Deo, vt inueniet in Pſal. 90. qui mea commentaria in librum Pſalmorum euoluerit. Expoſitionum autem myſticarum alia animum de aſpera via languentem reficit; alia ſcientiam pollicetur, hæc eſt tanquam anceps via. Illa prodeſt aliis, & pueros erudit, ſunt enim aues, quæ diu nihil vident propter lucem, ſed noctu tantum; quia earum oculi caligant. Ita exponunt mundum creatum fuiſse in B. propter benedictionem. At ſi ita res eſt. Ecce contra Eſa. cap. 24. Ecce dominus בוקק Euacuat terram, & בולקה deſtrugat eam & cap. 5. ponam eam בתה vaſtitatem Eccleſ. 12. בטלו ceſſabunt molares. Eſa. 44. בלי non cognoſcent Eſa. 38. à fouea בלי putredinis Deut. 29. בלו conſumpta ſunt veſtimenta veſtra Pſal. 55. בלע degluti domine Gen. 11. בלל confudit dominus Ezech. 16. v. 40. בתקוך perfodient te Ezech. 23. v. 47. ובראו & ſuccidendo eas Ier. 34. בין בתריו inter partes eius Eſth. 1. בזיון contemptus & ira Eſa. 65. genera-

bunt לבהלה ad turbationem Ezech. 26. בהלית terrores dabore. Hæc enim omnia Hebraice æque per Beth incipiunt. Si vero Resch sit principium futuri. Ecce vir רע malus Belial, Baal Peor, curuauit se Bel, sacerdotes במות excelsorum locorum. Verum enim vero & parum intelligentes, & diuina imbuti sapientia, poterunt hoc modo exponere; quæ omnes expositiones respectu simplicis corporis, sunt veluti vestimenta. Vnde maiores nostri beatæ memoriæ dixerunt, textum non exire de simplicitate sua. Aliqui exponunt, in principio: in lege, quia dicitur Prouerb. 8. Dominus possedit me principium viæ suæ. Alij vero dicunt, mundum creatum esse propter leuiathan, qui dicitur principium viarum Dei. Alia expositio est. Mundus creatus est, vt timerent Deum. Dicitur enim initium sapientiæ timor domini. Alia demum. Mundus creatus est propter primitiua, quia dicitur Exod. 23. principium primitiuorum terræ tuæ. At quare Beth in principio? ad docendum quod Deus vnus est; creata vero duo sunt corpus & for-

ma, aut duo mundi, & quare Beth ideſt
domus in principio poſtea ראש prior
deinde ית 410. Hoc ſignificat fore, vt
domus prior 410. annos ſtaret, quia pri-
mo eſt cœlum & terram. Poſtea deſolabit
domum, & hoc eſt. Terra autem erat
inanis & vacua. Et tenebræ, &c. Fue-
runt enim mundo tenebræ, quando re-
ceſſit Deus: Et ſpiritus Dei, quia ſpiritus
ſapientiæ & intelligentiæ requieuit ſuper
expoſitoribus legis, quæ aſſimilatur
aquis. Tandem vero, ſit lux, diebus
Meſſiæ, tunc diſtinguet dominus ex-
pectantes ſalutare ſuum, abiis qui erunt
in tenebris operum ſuorum. Expoſitio
בראשית duæ dictiones, בר & אש. Facta
enim ſunt omnia ex igne, qui eſt ele-
mentum: deinde שית quaſi cõſtans ex ſex:
ſunt enim ſex extremitates cuilibet cor-
pori. Numerus autem litterarũ capitalium
primi verſus geneſcos refert numerũ om-
nium litterarum: dictioneſque ſeptem
eiuſdem verſus ſunt veluti ſeptem reges,
aut ſeptem planetæ, & litteræ 28. eiuſ-
dem verſus referunt caſtra Lunæ (id eſt
dies curſus Lunæ) qualis eſt etiam nu-

merus temporum Eccleſiaſtis cap. 3. Initium libri geneſeos eſt ב. Finis ם mem propter ſchem hammeporaſch *Nomen expoſitum*, quod proferebat magnus ſacerdos die propitiationum, datumque eſt Moſi in monte Sinai, quod ita ſcriptum eſt Pſal. 68. v. 18. Dominus בם cum illis in Sinai in ſanctitate. Eſt in primo verſu. In principio, in vltimo Iſraël, quia in principio mundi cogitauit Deus de Iſraël. Hic finem dicendi faciamus; cum tamen huiuſmodi diſquiſitionibus non ſit finis.

Via quinta mihi recta videtur. In hac ego iuuante Deo, quem ſolum timeo, ponam fundamentum expoſitionũ mearum; neminẽ reuerebor in lege. Scrutabor primum in omni materia, an ſingulæ dictiones Grammaticæ congruant; deinde vero pro viribus conabor explicare. Quãcumque vero dictionem quæſiueris, inuenies in expoſitione prioris. v. g. dictionem cœlum, inuenies expoſitam v. 1. & ita de cæteris. Nec afferam expoſitiones Maſoretharum, cur nempe dictio hic ſit plena, ibi vero defectiua, hæc

enim referunt mysticam expositionem: nam librarius modo dictionem plene scribet, modo cum defectu litteræ abbreuiandi gratia, postea perquisitis plenarum, defectiuarumque rationibus, docebunt nos quomodo à scribis potuerint scribi? Moses Exod. cap. 15. v. 18. scripsit ימלך ״ sine vau. At qui transcripsit librum prouerbiorum scripsit cum vau cap. 30. v. 22. Per seruum cum ימלוך. Multis autem annis inter se distant. Verum tamen doctrina eorum prodest discipulis. Expositiones vero rectæ non egent correctione scribarum. Qui traduxit legem Chaldaice, vere traduxit, & occulta omnia nobis exposuit; & quamuis quibusdam in locis secutus fuerit expositiones mysticas; scimus tamen illum, melius nobis calluisse radices. Sed voluit alios sensus adiungere, quia simplicem sensum, etiam stolidi intelligunt v. 9. Gen. 49. v. 11. Ne verteret עירה pullum, vt כזאתון filium asinæ, vertit בני, יבנון ædificabunt & אתנו היכליה atrium eius, quod Ezech. 40. v. 15. שער האיתון porta atrii. Enimuero mystica exposi-

tio ſimplicem ſenſum non expellit. Sunt enim legi 70. facies verum ſi in lege, præceptis, iudiciis, & cerimoniis duos ſenſus verſus alicuius inuenerimus, quorum vnus a translatoribus afferatur, qui omnes ſapientes fuerunt, adhærebimus veritati eorum ſine dubio fortiter. Abſit, enim abſit, vt vnquam ſaducæos amplectamur, qui dicunt translationem eorum eſſe corruptionem ſcripturæ & Grammaticæ. Certe Maiores noſtri veraces fuerunt, & omnia dicta eorum vera ſunt, & dominus Deus verus eſt, qui deducet ſeruum ſuum per viam veram.



[illegible]

[illegible] ... hypocrites fuerunt, ... [illegible]

... sine ... [illegible]

... qui debent transit ... [illegible]

... sine corruptione suscipere ... [illegible]

... Certe Manoes ... [illegible]

... fuerunt, & omnia ... [illegible]

... & dominus Deus ... , qui ... [illegible]

[illegible]



IN DISPVTATIONEM CABALISTICAM R. Israël. DE ANIMA.

NOTÆ

Quas ex Zohar, aliisque Rabbinorum libris, cum iis quæ ex doctrina Platonis conuenere, composuit.

IOSEPH VOYSIN Burdigalensis.





NOTÆ

AD CAPVT PRIMVM.

Cuius est magnificentia, potentia, &c.

IIsdem verbis Rex Dauid benedicit Deo 1. Paralipom. cap. 29. v. 11. Tua est domine magnificentia, potentia, Decor, Victoria, & Maiestas: Omnia quæ in cœlo sunt, & in terra, tua sunt. Tuum domine Regnum &c: per vocem, Omnia, intelligunt Cabalistæ in Zohar sect. In principio col. 79. numerationem Iusti, quæ dicitur fundamentum: estque in cœlo, & in terra, siue adhæret cœlo

& terræ Decoris, & Regno id est vltimæ numerationi, quæ vocatur Congregatio Israël. Ita vt sua hac benedictione Dauid gratias agat Deo propter opus sex dierum, & propter diem sabbati: qui dies respondent his numerationibus, vt proximè dicemus. Iisdem quoque laudibus sponsa ornat sponsum Cant. Cant. cap. 5. v. 15. iuxta Cabalisticam expositionem R. Ioseph filij Carnitolis in libro. *Portæ Iustitiæ*. Crura illius columnæ שש quæ fundatæ sunt super אדני auri solidi. Id est, inquit R. Ioseph, crura illius sunt Victoria, & Maiestas columnæ שש idest sextæ numerationis, quæ est Decor; Illius enim sunt sex membra. Magnificentia, potentia, Victoria, Maiestas, fundamentum, & Regnum; è quibus Victoria & Maiestas sunt crura, siue columnæ Decoris: & innituntur fundamento, & Regno, cuius nomen est אדני, vt patet ex descriptione decem numerationum, earumque nominum.

Decem numerationes.

Deus infinitus:
כתר *Corona.* ſuperius
abſconditum.

בינה Intelligentia
Elohim : Mater

חכמה ſapientia
principium, dicitur & Pater.

גבורה ſiue פחד
Timor ſiue Potentia
Iudicium, gradus Iſaac

חסד ſiue גדולה
Magnificentia ſiue
miſericordia gradus
Abraham.

תפארת
Decor: dicitur
fluuius; linea media;
ſol. filius, gradus Iacob.

הוד Maieſtas
gradus Aaronis

נצח Victoria
gradus Moſis.

יסוד fundamentum
dies ſabbati. Iuſtus,
arbor vitæ, pactum pacis
dicitur etiam כל omnia
Gradus Ioſeph.
מלכות Regnum: dicitur etiam
שכינה præſentia Dei, finis dierum,
Iuſtitia, congregatio Iſrael, terra viuentium,
filia. Gradus Dauidis *Luna ſupramundana.*

Nomina decem Sephirot.

אהיה	Corona
יה	Sapientia
יהוה אדני	Intelligentia
אל	Magnificentia
אלקים	Potentia
יהוה	Decor
יהוה צבאות	Victoria
אלקים צבאות	Maiestas
אל חי	Fundamentum
אדני	Regnum.

Ex luce beneplaciti ſui.

ITa etiam Plato exiſtimat voluntatem Dei beneficam originem & cauſam mundi extitiſſe. In Timæo locro. Δηλόμενος ὢν ἄϱιστον γέννημα ποιεῖν &c. Quum igitur Deus vellet pulcherrimum fœtum producere; hunc effecit Deum, ſiue mundum genitum, nunquam corrumpendum ab alia cauſa, præter quam à Deo, qui ipſum compoſuit, ſi quando voluerit ipſum diſſoluere. Quia vero Dei beneplacito creatus eſt mundus, ideo factus eſt perfectiſſimus, inquit R. Ioſeph filius Carnitolis, quomodo ſcriptũ eſt Pſal. 145. v. 16. Aperis tu manum tuam & ſaturas omne viuens benedictione beneplaciti

וזה סוד גדול בהיות המחשבה שבה נברא העולם
נקרא רצון

& hoc, ait, eſt myſterium magnum, quod cogitatio, qua creatus eſt mundus, vocetur beneplacitum.

Ex luce.

IN Zohar ſectione in Principio col. 82. Hæc eſt lux, quam creauit Deus in principio, eſtque נהורא דעינא lux oculi, quam Adamo oſtendit Deus, eaque à fine ad finem mundi intuebatur. At quando vidit Deus venturas tres generationes peccatorum: generationem hominis, generationem diluuii, & generationem diuiſionis linguarum, occultauit illam lucem, ne illa vterentur. Dedit eam Deus Moſi à diebus infantiæ, vt ſcriptum eſt Exod. 2. v. 2. Et abſcondit eum tribus menſibus: quibus elapſis adductus eſt ad Pharaonem, tuncque abſtulit illi Deus eam lucem, donec ſtetit in monte Sinai ad ſuſcipiendam legem; reſtituta eſt illi ea lux, neque poterant filii Iſraël illius ſplendorem ferre. Exod. 34. v. 30. Videntes autem Aaron & filii Iſraël ſplendentem & cornutam Moyſi faciem, timuerunt prope accedere. Deinde. Poſuit velamen ſuper faciem ſuam, Illa luce à Galaad vſque ad Dan proſpexit:

pexit ; eaque vſus eſt quandiu vixit. Hanc lucem oſtendit Deus Dauidi, & laudans dixit. Pſal. 31. v. 20. Quam magnum eſt bonum tuum quod abſcondiſti timentibus te. Abſcondit Deus, inquit R. Iſraël illam lucem iuſtis, ad glorificandum eos in futuro ſæculo, vt ſcriptum eſt Pſal. 97. v. 11. Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia. Deinde ſubiungitur v. 21. Perfeciſti, quia illa luce abſcondita fecit Deus opificium mundi. Ideoque dixit Dauid perfeciſti eis qui ſperant in te, in conſpectu filiorum hominum. Ecce enim, ait R. Iſraël

בהאי נהורא אומנותא דעלמא אתעביד :בהאי נהורא קיימין בני נשא בעלמא דין

ideſt illa luce factum eſt opus mundi; illa luce ſtant homines in hoc mundo. R. Mekir Aldabi in libro, Viæ fidei. In creatione, inquit, mundi decreuit Deus creare lucem, & creata eſt lux tanta, vt eius copiam ſibi fieri nullæ creaturæ pati poſſent: vidit Deus eas non poſſe ferre; eius lucis ſeptimam partem acceptam ſubſtituit eis, reſiduum abſcondit in futurum, dicendo. Si hac ſeptima digni

extiterint homines, illis in futuro sæculo integram lucem dabo: & hoc est quod vocant futurum sæculum, sæculum הבא quasi כברבא, quod iam prius fuerit sex diebus creationis, quomodo dixit Dauid. Quam magnum est bonum tuum quod abscondisti timentibus te. Hinc patet quod dicitur Esa. 30. v. 26. Eritque lux Lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum in die qua obligauerit dominus contritionem populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit. Designatur enim lux sex dierum creationis, & diei Sabbati, qui fuit septimus. Quamquam R. Moses Maiemonides in libro more Neuochim parte 2. cap. 29. existimet prophetam respicere ad septem dies dedicationis templi tempore Salomonis; quia, inquit, nunquam fuit populo illi tanta gloria, fœlicitas, & lætitia, sicut in diebus illis: ita vt propheta hoc velit dicere talem ipsorum gloriam, & fœlicitatem futuram, qualis fuit septem illis diebus. Hæc doctrina de luce non fuit Græcis incognita: sic enim Hermes Trismegistus in

Pœmand. ait. καὶ ὁρῶ θέαν ἀόριστον, φῶς δὲ πάντα γεγενημένα ἥδιόν τε καὶ ἱλαρόν: & cerno ſpectaculum immenſum, lumenque omnia facta ſuaue & hilare. Nec vero melius actio Dei poteſt explicari, quam per comparationem lucis. Iamblichus de myſteriis Ægyptiorum cap. de prouidentia, & quomodo dii ſint vbique: ὥσπερ οὖν τὸ φῶς περιέχει τὰ φωτιζόμενα, οὕτωσί καὶ τῶν θεῶν ἡ δύναμις τὰ μεταλαμβάνοντα αὐτῆς ἔξωθεν περιείληφε, καὶ ὥσπερ ἀμιγῶς πάρεστι τῷ ἀέρι τὸ φῶς (δῆλον δὲ ἐκ τοῦ μηδὲν ἐν αὐτῷ καταλείπεσθαι φῶς, ἐπειδὴ ἅπαξ τὸ ἐκλάμπον ἀναχωρήσῃ καίτοι θερμότητος αὐτῷ παρούσης, ἐπειδὰν τὸ θερμαῖνον ἐκποδὼν ἀπέλθῃ) οὕτω καὶ τῶν θεῶν τὸ φῶς ἐκλάμπει χωριστῶς, ἐν αὐτῷ τε μονίμως ἱδρυμένον προχωρεῖ διὰ τῶν ὄντων ὅλως: καὶ μὴν τό γε φῶς τὸ ὁρώμενον ἕν ἐστι συνεχὲς πανταχοῦ τὸ αὐτὸ ὅλον, ὥστε μὴ οἷόν τε εἶναι χωρὶς ἀποτέμνεσθαί τι αὐτοῦ μόριον μηδὲ κύκλῳ περιλαβεῖν, μηδὲ ἀποστῆσαί ποτε τοῦ παρέχοντος τὸ φῶς: κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ οὖν καὶ ὁ σύμπας κόσμος μεριστὸς ὤν, περὶ τὸ ἓν καὶ τὸ ἀμέριστον τῶν Θεῶν φῶς διαιρεῖται. Id eſt. Quemadmodum lumen ambit ea quæ illuminantur:

ſic potentia Deorum, id quod illius ſit particeps, extrinſecus circumplectitur: & ſicut lumen immixtũ adeſt aëri (quippe quum nihil in eo relinquat lucis, quum ſemel receſſerit id quod illuſtrat: calore tamen à calefaciente relicto, licet receſſerit ipſum calefaciens) ita & lumen Deorum ſeorſim illuminat, & indiuidue omnino implet omnia. Præterea lumen quod videtur idem totum continuum eſt vbique, ita vt non poſſit in partes diuidi, neque alicubi claudi, neque à fonte proprie ſeparari: Eodem prorſus modo totus mundus diuiſibilis circa vnum & indiuiſibile Deorum lumen diſtribuitur.

Per illam lucẽ intelligit Maiemonides materiã primã in more Neuochim parte 1. cap. 28. Quia, inquit, quemadmodũ corpus pellucidũ, cum ſit omnibus coloribus deſtitutum, ideo alios colores omnes recipit alternatiue: ſic materia prima, quæ in ſe omnibus formis priuata eſt, omnes alternatiue recipit. Illam vero lucem diuidit in lucem veſtimenti, & lucem niuis quæ eſt ſub ſolio gloriæ. Lux veſtimenti

eſt lux decem ſephirot, quæ ſunt veſtis Dei, δέκα πτύχας vocat Orpheus, quibus reſpondent decem verba creationis, & decem præcepta decalogi, à quibus tota lex pendet: vnde per gematriam את האור idem eſt atque בתורה: id eſt, lux & lex vnum idemque ſunt: Prou. 6. v.23. mandatum lucerna eſt, & lex lux. Per iſtam lucem veſtimenti intelligit R. Moſes dicto libro parte 2. cap. 26. materiam cœleſtem iuxta dictum R. Eliezeris. Ex quonam loco cœli creati ſunt? De luce veſtimenti ſui accepit, & extendit ſicut veſtimentum, & fuerunt expanſi ac euntes, ſicut dicitur Pſal. 104. v. 2. Qui operit ſe lumine tamquam veſtimento, qui extendit cœlum veluti cortinam: ideoque hæc lux dicitur etiam lux ſolii gloriæ quomodo ſcriptum eſt Pſal. 103. v. 19. Diſpoſuit in cœlis ſolium ſuum. Sumitur autem hæc lux ſolii gloriæ etiam in alia ſignificatione quomodo Rabbini dicunt lucem ſolii gloriæ eſſe vnam è ſeptem lucibus quas creauit Deus ante creationem mundi: de quibus ad caput ſecundum agemus. Per lucem niuis in-

telligit materiã inferiorem iuxta dictum ſupra memorati R. Eliezeris. Ex quonam loco creata eſt terra? de niue quæ eſt ſub ſolio gloriæ accepit, & ſparſit ſuper aquas, & congelatæ fuerunt ac factæ ſunt puluis terræ, ſicut dicitur Iob. 37. v. 6. Qui dicit niui, eſto terra. Hinc diſcimus, inquit, materiam cœlorum non eſſe materiam terræ, ſed duas diuerſas & diſtinctas eſſe materias: vnam propter excellentiam & præſtantiam attribui Deo optimo maximo, quam appellat R. Eliezer lucem veſtimenti eius: alteram longe abeſſe à luce & ſplendore Dei, & eſſe materiam inferiorem, quam indigitat per niuem ſub ſolio gloriæ: atque hoc eſt quod me impulit locum illum Exod. 24. v. 10. & ſub pedibus eius quaſi opus albedinis ſapphiri, explicare, quod apprehenderint in viſione illa prophetica veritatem materiæ primæ, & inferioris. Onchelos enim retulit pedes eius ad ſolium, dum vertit, & ſub throno gloriæ eius quaſi opus albedinis ſapphiri. Iſte vero R. Eliezer explicat quod albedo illa quæ eſt ſub ſolio, ſit materia terræ.

CABALISTÆ DE HAC luce, aliter philoſophantur, vt iam explicabimus ad hæc verba.

Extulit ex abſcondito verbum ſuum.

In Zohar ſectione in principio col. 15. ad verſum 3: cap. 1. Gen. Dixitque Deus (ſit lux: & fuit lux.)

מהכא איהו שירותא לאשכחא גניזין היך אתברי עלמא בפרט דעד הכא הוא בכלל : ובתר אתהדר כלל למהוה כלל ופרט : וכלל עד הכא הות כלא תליא באוירא מרזא דאין סוף : כיון דאתפשט חילא בהיכלא עלאה רזא דאלקים כתיב ביה אמירה דכתיב ויאמר אלקים : דהא לעילא לא כתיב ביה אמירה בפרט ואף על גב דבראשית מאמר הוא : אבל לא כתיב ביה ויאמר דא ויאמר איהו קיימא למשאל ולמנדע : ויאמר חילא דאתרם ארמותא בחשאי מרזא דאין סוף ברזא דמחשבה : ויאמר השתא אוליד ההוא היכלא ממה דאעדי בזרעא דקדש ואוליד בחשאי : וההוא דאתייליד אשתמע לבר : מאן דאוליד ליה אוליד בחשאי דלא אשתמע כלל : כיון דנפק מניה מאן דנפק אתעביד קול דאשתמע לבר : יהי אור.

id eſt. Hinc eſt principium inueniendi abſcōdita, quomodo creatus fuerit mundus in particulari: hactenus enim tantum erat in vniuerſali: poſtea quod erat vniuerſale cœpit eſſe vniuerſale & particulare. Vniuerſale hactenus pendebat totum in vacuo à myſterio infiniti. Cum vero effuſa eſt potentia in palatium ſuperius myſterii Elohim, ſcriptum eſt in eo verbum quomodo, & Dixit Elohim, nec enim ſupra in particulari ſcriptum eſt verbum: nam quamuis, In principio, ſit verbum, non eſt tamen ſcriptum de eo. Et dixit hoc & dixit illud, vt determinate, & definite quæri & intelligi poſſet: & dixit, potentia quæ elatione elata eſt in abſcondito à myſterio infiniti per myſterium beneplaciti ſiue cogitationis: & dixit, nunc illud palatium peperit è ſemine ſancto quo erat prægnans, & peperit in abſcondito: Quod vero natum eſt innotuit extra: pariens peperit in abſcondito, ita vt nihil innoteſceret: cum ex eo ortum eſt quod eſt ortum, id factum eſt vox quæ audita eſt extra: ſit lux. Hæc iuxta doctrinam Zohar ſic

ſunt

ſunt intelligenda. Deus infinitus quum vellet ſe manifeſtum facere עבד ברישא נקודא חדא ודא סליק למהוה מחשבה In Zohar ſect. In principio col. 18. Id eſt fecit in capite ſiue in ſe ipſo punctum vnum, quod fuit cogitatio, ſiue beneplacitum, vt ait R. Ioſeph, ſuperius abſconditum nuncupatur, in quo formauit Deus ideas mundi. Sic eſt prima numeratio, Corona, de qua Pſal. 5. v. vlt. tanquam ſcuto beneplaciti coronabis eum: cuius nomen eſt Ego ſum qui ſum. Ex hac numeratione, ex hoc puncto fluxit aliud punctum: אתפשטותא דנקודה fluxum puncti vocant, quemadmodum dixit Hermes Monas genuit Monadem, & in Aſclepio Deus meus atque pater mentem ſibi aliam opificem peperit. Hoc eſt verbum infinitum, quod definite neque quæri, neque comprehendi poteſt, vt dicitur in Zohar: dicitur ראשית, principium, ſapientia, quæ eſt ſecunda numeratio: vnde recte Targum Hieroſolymitanum Gen. 1. In principio vertit: in ſapientia de qua Pſal. 39. v. 8. In capite libri ſcriptum eſt de me. Ratione fœcun-

ditatis pater dicitur אבא היא חכמה pater est sapientia; In illo patre Deus infinitus à mysterio superioris absconditi, siue ex ideis mundi, mundum produxit in vniuersali. Gen. 1. In principio, creauit Deus cœlum & terram, id est expressit in vniuersali ideas cœli & terræ:

Vnus erat toto naturæ vultus in orbe
Quem dicere chaos.

Absconditum vocat Autor noster, vt dicitur Gen. 1. & tenebræ erant super faciem abyssi. Ita dictum est in Zohar vniuersale fuisse suspensum באויר in vacuo à mysterio infiniti; & potentiam claram esse in abscondito à mysterio infiniti per mysterium beneplaciti. Hoc verbum, hoc principium, hic pater, hæc sapientia ideis mundi, generibus rerum, & mysterio legis, tanquam semine sancto, (de quo Esa. 6. v. 13. Semen sanctum statumen eius) prægnantem fecit intelligentiam tertiam numerationem, quæ in Zohar vocatur Elohim & mater אמא היא בינה mater est intelligentia: Estque spiritus sanctus quomodo dicitur & spiritus Elohim incubabat superficiei

aquarum : Hoc est quod supra dictum est potentiam se infudisse in palatium mysterii Elohim. (Vnaquæque enim numeratio נקראת היכל vocatur palatium, inquit R. Moses filius schemtof.) At vero mater illa, spiritus sanctus Elohim plenus illo semine sancto peperit verbum finitum, vel potius vocem. Gen. 1. v. 3. & dixit Elohim, יהי, sit lux. Hoc verbum est imago siue lux beneplaciti, lux verbi infiniti, lux sapientiæ, de qua scriptum est Ecclesiastic. 1. v. 5. Ipse creauit illam in spiritu sancto. Quamobrem

כל מה דנפק ברזא דא נפק (יהי) על רזא דאבא ואמא דאיהו יה׃

Quidquid ortum est, hoc mysterio ortum est (יהי sit) mysterio patris & matris scilicet יה. Quod est mysterium sapientiæ, & intelligentiæ. י enim punctum siue monas, cum sit numerus impar, est mas, & pater vt pote agens; estque gradus sapientiæ: sumitur autem ex מי Esa. 40. v. 26. leuate in excelsum oculos vestros id est ad superiores numerationes & videte מי quis creauit hæc. ה quum duos numeros contineat, exurgit enim

ex ה & י est fœmina & mater vt pote patiens, estque gradus intelligentiæ: sumitur ex מה Psal. 8. domine dominus noster מה quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Haud ita dissimili ratione philosophi Græci Deos mares, & Deos fœminas dixere. Plotinus Enn. 3. lib. 6. cap. 8. καὶ γὰρ κατὰ μὲν τὸν νοῦν τοὺς ἄρρενας ποιοῦμεν τῶν Θεῶν, κατὰ δὲ τὰς ψυχὰς αὐτῶν, τὰς θηλείας λέγομεν, ὡς νῷ ἑκάστῳ ψυχῆς συνούσης. Etenim secundum intellectum quidem in deorum numero masculos iudicamus, secundum vero eorundem animas solemus fœminas nominare, quia vnicuique intellectui anima copulatur, idest intellectus agit, anima vero patitur. Quum vero per יה patrem & matrem, sapientiam & intelligentiam, Deus infinitus à mysterio superioris absconditi, extulit ex אויר id est è vacuo punctum, י, factum est verbum יהי sit, & eo puncto י è vacuo, siue ex אויר sublato exiliit אור lux, & fuit lux. Quæ in se erant luce sua explicauit diuina potentia. Ita cœpit mundus produci in particulari, (*& fuit lux*) respondens gra-

dui misericordiæ: inde enim exit lux in omnes mundos per mysterium diei; vt est in Zohar sect. In principio col. 58. quomodo scriptum est Psal. 52. v. 3. Misericordia Dei tota die: cui respondet infra Abraham: fuit enim misericors, ideoque scriptum est dies אחד vnius idest Abrahami; de quo dixit Esaias cap. 41. v. 2. Quis suscitauit ab oriente iustum; quemadmodum & dies panditur ab oriente inde Gen. 2. v. 4. Hæ sunt generationes cœli & terræ בהבראם idest באברהם in Abraham: quia vero Abraham Psal. 110. v. 4. dicitur sacerdos. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, ideo iste gradus est etiam Aaronis, quamuis propria illius numeratio sit, *Maiestas.*

Nunc ad Græcorum philosophiam veniamus.

Extulit ex abscondito verbum suum.

πάντα γὰρ κρύψας αὖθις φάος ἐς πολυγηθὲς ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων.

inquit Orpheus de summo ioue loquens idest:

Omnia tecta prius mox grati in luminis auras.

Extulit è sacro faciens mira cala corde.

Per absconditum illud intelligunt Græci principem essentiam, quæ archetypus & idealis est mundus, ideis rerum omnium plenus, qui paternum profundum nuncupatur, & lumen absconditum. Cuius imaginem dicunt esse lumen primũ: ita Proclus apud simplicium. μή ποτε δὲ ἦ φῶς τοῦτο πρῶτον ἐστὶν εἰκὼν τοῦ πατρικοῦ βυθοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ὑπερκόσμιον ὅτι καὶ ἐκεῖνο; id est: Num vero lumen hoc primum imago est paterni profundi, & ob id supramundanum, quoniam & illud. Hoc vero lumen est verbum diuinum, quod ideo vocatur lumen primum, quamuis sit lumen de lumine, quia illud lumen, vnde oritur, est absconditum, vt Psal. 18. v. 12. Et posuit tenebras latibulum suum; ideoque vocatur paternum profundum: Cum se explicat gignit Verbum & lucem ita dicitur extulit ex abscondito Verbum suum: nempe ex abscondito lumine.

Hermes Trismegistus dixit simpliciter ex lumine exiisse verbum in Pœmandro: ἐκ δὲ φωτὸς τὶς λόγος ἅγιος ἐπέβη τῇ φύσει, καὶ πῦρ ἄκρατον ἐξεπήδησεν ἐκ τῆς ὑγρᾶς φύσεως ἄνω εἰς ὕψος: id est ex lumine autem verbum quoddam sanctum incubuit naturæ, & ignis purissimus exiliit ex humida natura sursum in sublime. Statim annectit: τὸ φῶς ἐκεῖνο ἔφη ἐγὼ εἰμὶ νοῦς, ὁ σὸς θεὸς, ὁ πρὸ φύσεως ὑγρᾶς, τῆς ἐκ σκότους φανείσης: ὁ δὲ ἐκ νοὸς φωτεινὸς λόγος υἱὸς θεοῦ. Lumen autem illud ego sum mens, Deus tuus qui eram ante humidam naturam, quæ ex tenebris apparuit: Verbum vero fulgens, quod ex mente, Dei filius.

ὃς ἐκ νόου ἔκθορε πρῶτος
ἑσσάμενος πυρὶ πῦρ συνδέσμιον, ὄφρα κεράσσῃ
πηγαίους κρατῆρας, ἑοῦ πυρὸς ἄνθος ἐπισχών.

inquit Zoroaster.

Primus qui ex mente exit amictus
Igne ignem socium, ut fontanos impleat inde
Crateras, proprii florem quibus inserit ignis.

Vno verbo illud lumen, illud Verbum, est quod apud Cabalistas dicitur Sapientia

quod ab Orpheo Pallas ex Iouis capite nata, à Zoroastre fœtus paternæ mentis; à Mercurio Dei filius, à Parmenide sphæra intelligibilis. Huius Verbi, siue imaginis paterni profundi alia est imago, quam recte cum Plotino enn. 3. lib. 2. vocare possumus προαίρεσιν καὶ λογισμὸν θεοῦ, præuisionem, volitionem, & ratiocinationem Dei deliberantis, qua conditione potissimum fieret vniuersum, & qua ratione quam optime quoad fieri posset construeretur. Philo Iudæus de mundi opificio sic describit: τὸν δὲ ἀόρατον καὶ νοητὸν λόγον, καὶ θεοῦ λόγον εἰκόνα λέγει θεοῦ: καὶ ταύτης εἰκόνα τὸ νοητὸν φῶς ἐκεῖνο, ὃ θείου λόγου γέγονεν εἰκὼν τοῦ δημιουργήσαντος τὴν γένεσιν αὐτοῦ: καὶ ἔστιν ὑπερουράνιος ἀστήρ, &c. id est inuisibile autem & intelligibile diuinum Verbum, ac Dei Verbũ, imaginẽ Dei appellat: & huius imaginis imaginem intelligibile illud lumen, quod diuini Verbi factum est imago, quod verbum opifex generationis eius fuit; & est supercœleste sydus, fons sensibilium sydeum, quam non procul à scopo appellauerit quispiam Panaugiam, à qua sol & Luna,

Luna, & reliqui Planetæ, & inerrantes hauriunt, quantum cuique virium est, congruentes sibi fulgores; incommixto illo & puro radio tunc obscurescente, cum cœperit per mutationem ab intelligibili in sensibile verti, syncerum namque nihil eorum est, quæ sub sensum cadunt.

Ex splendore gloriæ suæ creauit stellas.

HIc per splendorem gloriæ secundum opinionem Maiemonidis intellige materiam superiorem; quandoquidem dixit cœlum esse ex materia superiori. Vt enim ait R. Eliezer. Omnia quæ sunt in cœlis creata sunt ex cœlis: & quæcumque sunt in terra, creata sunt ex terra: ita stellæ factæ sunt ex materia superiori, cum sint in cœlis. Quidam dicunt solem factum esse ex puluere, qui est sub solio gloriæ in Zohar sect. præcipe Leu. 6. v. 8. col. 59. Cabalistæ dicunt stellas & luminaria duo prodiisse ex gra-

du Regni, ſiue Lunæ ſupramundanæ, quia dicitur Gen. 1. fecit ea Deus vt dominarentur & præeſsent diei ac nocti: Eaque numeratione docent fundatum eſse regnum Dauidis iuxta illud Pſal. 88. v. 38. Thronus Dauidis ſicut ſol coram me: velut Luna ſtabilietur in æternum. At vero Platonici referunt ſplendores Dei ad rationes a Deo emanantes teſte Plotino Enn. 3. lib. 6. cap. 9. τί δ' ἂν εἴη τὰ ἀγλαΐσματα τοῦ Διὸς καὶ τὰ κοσμήματα, ἢ οἱ λόγοι οἱ παρ' αὐτοῦ ῥυέντες? Quid aliud ſunt ſplendores ornamentaque Iouis, niſi rationes ab ipſo fluentes? quarum rationum effectus eſt pulchritudo, quæ eſt ſplendor bonitatis, vt ait Proclus in Theologiam Platonis lib. 1. cap. 24. τὸ μὲν γὰρ ἀγαθὸν τῶν θεῶν ἀκρότατόν ἐστι, καὶ ἑνοειδέστατον: τὸ δὲ σοφὸν ὠδίνει πως ἤδη τὸ φῶς τὸ νοητὸν, καὶ τὰ εἴδη τὰ πρώτιστα: τὸ δὲ αὖ κάλλος ἐπ' ἄκροις ἵδρυται τοῖς εἴδεσι καὶ προλάμπει τὸ θεῖον φῶς, καὶ τοῖς ἀνιοῦσι πρῶτον ἐκφαίνεται παντὸς φωσφόρου στιλπνότερον, καὶ ἐρασμιώτερον ἰδεῖν, καὶ περιπτύξασθαι, καὶ μετὰ ἐκπλήξεως ἐκφαινόμενον λαβεῖν: Nam ipſa deorum bonitas eſt ſumma & maxime

vniformis: Ipſa vero ſapientia quodammodo parturit iam lucem mente perceptam, & primas formas. Ipſa vero pulchritudo in ſummis formis eſt ſita, & procul ſplendet diuina lux, & aſcendentibus primum apparet, ac illuceſcit omni lucifero ſplendidior, & amabilior ad aſpiciendum, & compleċtendum, & ad eam cum admiratione apparentem accipiendam.

Dedit illi fortitudinem in medio corporis vbi eſt cor.

ANima, inquit Marſilius ficinus, quæ eſt medium rerum, iuſſu Dei, qui eſt mundi centrum, in punctum cordis medium, quod eſt centrum corporis primum infunditur, inde per vniuerſa ſui corporis membra ſe fundit. Ea tamen animæ pars, quæ rationis eſt particeps, & intelligens eſt, in capite ſedem habet, Iraſcibilis in corde, concupiſcibilis in iecore. In libro. Anima ſapientiæ. R. Moſes filius ſchem tof נפשהחכמה המתאוה לעבור

יהוה שוכנת במוח: ונפש החיית משפעת שררה וכבוד בלב: ונפש הבהמית המתאוה לאכול ולשתות שוכנת בכבד.

idest Anima ſapientiæ; quæ deſiderat colere Deum, reſidet in cerebro, & dicitur Neſchamah. Anima vero viuens, dominii & gloriæ auida, in corde, & dicitur Ruach. Ea autem quæ animalis eſt, cupida cibi & potus reſidet in iecore, & dicitur ſimpliciter Nepheſch. Ita Plato in libro de anima mundi. τὸ ἐπιθυμητικὸν, περὶ τὸ ἧπαρ: id eſt pars animæ concupiſcibilis circa iecur ſedem habet eam vocat in Timæo τὸ σίτων τε καὶ ποτῶν ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς id eſt quæ poculenta & eſculenta cupit: τὸ δὲ θυμοειδὲς περὶ τὴν καρδίαν id eſt ea vero pars, quæ ad iram prona eſt, circa cor ſedem habet: Eam vocat in Timæo τὸ μετέχον τῆς ψυχῆς ἀνδρείας καὶ θυμοῦ φιλόνεικον ὄν. id eſt partem animæ fortitudinis, & iræ participem & contentionum amantem. τὰς μὲν ἀνθρωπίνας ψυχὰς τὸ λογικὸν περὶ τὴν κεφαλὴν ἵδρυται μένον. humanæ animæ pars rationis particeps circa caput ſedem habet: eam vocat εἰκόνα σοφίας imaginem ſapientiæ. Circa caput,

id eſt in cerebro: τοῦ δὲ σώματος ἀρχὴν μὲν καὶ ῥίζαν μυελῶν εἶμεν ἐγκέφαλον, ἐν ᾧ ἁ ἁγεμονία. In corpore vero cerebrum eſt principium & radix medullæ: in eoque etiam eſt animæ principatus. Hanç animæ ſpeciem αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε τοῦτο, ὃ δή φαμεν οἰκεῖν μὲν ἡμῶν ἐπ' ἄκρῳ τῷ σώματι, πρὸς δὲ τὴν ἐν οὐρανῷ συγγένειαν ἀπὸ γῆς ἡμᾶς αἴρειν. &c. ait Plato in Timæo: vt dæmonem noſtrum cuique tribuit Deus: hanc in ſumma corporis arce ſedem habere dicimus, atque ad cœli cognationem a terra nos tollere, tamquam animalia cœleſti potius, quam terreno ſemine nata. Quod quidem recte admodum dicitur. Vnde enim primus animæ datus eſt ortus, inde diuina vis caput, radicemque & originem noſtram aptans, & erigens totum dirigit corpus.

Os homini ſublime dedit, cœlumque videre
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

Ideo, inquit Ploclus in Platonis theologiam lib. 4. cap. 9. οἱ θεουργοὶ θάπτειν τὸ σῶμα κελεύουσι πλὴν τῆς κεφαλῆς ἐν τῇ

μυστικωτάτῃ τῶν τελετῶν. Sacerdotes corpus totum ſepeliri iubent, præter ipſum caput in maxime myſtico ſacrorum.

Cabaliſtæ dicunt, vt legitur in libro creationis, Deum ſtatuiſſe intelligentiam in cerebro hominis, iudicium in corde, conſilium, & ſententiam conſilii determinatam in renibus. Id eſt, inquit, R. Ioſeph filius Carnitolis in libro Portæ Iuſtitiæ. Omnia decreta & iudicia exarantur ab intelligentia, in gradu fortitudinis ſiue potentiæ, quæ eſt numeratio iudicii; & determinantur, rataque fiunt in gradibus victoriæ & Maieſtatis, quomodo ſcriptum eſt Eſa. 14. v. 27. כי י״י צבאות יעץ id eſt Dominus enim exercituum decreuit. Victoriæ enim & Maieſtatis nomina ſunt יהוה Deus & אלקים dominus צבאות exercituum. Hi autem duo gradus, quibus reſpondent planetæ duo Mercurius & Venus; reſpondent renibus. Gradus potentiæ, cordi, gradus intelligentiæ, cerebro. Vt ſit ſenſus. Si tres animæ partes, ea quæ eſt in cerebro, ea quæ eſt in corde, & ea quæ eſt in renibus, rectæ ſint, nec peruertantur, tunc

decreta de hominibus eo ſemper ordine fient, vt potentia diuina ab intelligentia procedat in Victoriam & Maieſtatem id eſt, inquit, Deus ſua erga eos benignitate vtens erit protector eorum. Sin ſecus, poteſtati aſtrorum eos tradet. Ita dixit Dauid Pſal. 16. quia omnes animæ meæ partes rectæ ſunt: intellectiua quidem, cum ait. Dixi domino Deus meus es tu. Ea quæ eſt in corde. Poſui dominum in conſpectu meo ſemper. Ea quæ eſt in renibus. Benedicam dominum, qui tribuit mihi conſilium, inſuper & vſque ad noctem erudiuerunt me renes mei. Ideo, inquit, non dabis ſanctum tuum videre corruptionem propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit gloria mea, id eſt intellectus meus. Inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.

Collegit puluerem ex quatuor lateribus mundi.

SAnctus Cyprianus in lib. de montibus sina aduersus Iudæos. Nomen, inquit, accepit a Deo Adam Hebraicum; in latina interpretatur terra caro facta, eo quod ex quatuor cardinibus orbis terrarum pugno comprehendit, sicut scriptum est Esa. 40. Palmo mensus sum cœlum, feci hominem ex omni limo terræ, ad imaginem Dei feci illum. Oportuit eum ex his quatuor cardinibus orbis terræ nomen portare Adam. Inuenimus in scripturis per singulos cardines orbis terræ esse a conditore mundi quatuor stellas constitutas in singulis cardinibus. Prima stella orientalis dicitur ἀνατολὴ. secunda occidentalis δύσις tertia stella aquilonis ἄρκτος. quarta meridionalis μεσημβρία. Dicitur in Talmud Deum creasse Adamum tantæ molis, vt ab aquilone extenderetur ad meridiem, ab Oriente ad Occidentem, vt fusius postea dicemus.

Collegit

Collegit puluerem eius in loco ſanctuarii inferioris &c.

IN Zohar ſect. præcipe Leu. 6. v. 8. col. 59. Omnia fuerunt è puluere. Eſt locus in quem omnia congregantur, & vnde exeunt viæ in hanc, illamque partem: eo autem congregantur vt illuminentur eo puluere qui ſpargitur quaquauerſum. Ideoque omnia fuerunt è puluere, & omnia redibunt in puluerem. Certe: verum è puluere domus ſanctæ, & ille puluis eſt è puluere ſuperiore quomodo Iob. 28. v. 6. Puluis eius aurum. Hoc eſt quod dicitur.

Quod factum eſt ad ſimilitudinem ſuperioris.

SVbiungitur poſtea in Zohar. Vt eſt opus infra, ſic eſt ſupra. Ita diſcimus puluerem domus ſanctæ huius mundi eſſe ex ſupramundano, quemadmodum

& apud Platonem in Phædone memoratur terra coeleſtis. ἀυτὴν δὲ τὴν γῆν καθαρὰν ἐν καθαρῷ κεῖσθαι τῷ ὐρανῷ, ἐν ᾧπερ ἐστὶ τὰ ἄστρα, ὃν δὴ αἰθέρα ὀνομάζειν τὺς πολλὺς τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα εἰωθότων λέγειν. ὗ δὴ ὑποστάθμην ταῦτα εἶναι, καὶ ξυρρεῖν ἀεὶ εἰς τὰ κοῖλα τῆς γῆς. id eſt. Ipſam vero terram puram in puro ſitam eſſe cœlo, in quo quidem ſunt aſtra, & quod eorum quamplurimi, qui his de rebus verba facere ſolent, ætherem denuncupant. Cuius quidem hæc fæcem ac ſedimentum eſſe, & confluere ſemper in terræ concaua. Enimuero certum eſt apud Platonicos, eorum quæ ſunt in hoc inferiori mundo, ideas eſſe in ſuperiori ſeu archetypo. Marſilius ficinus ex Platone. Quot, inquit, ſpecies ſunt in archetypo ſiue principali mundo, id eſt intelligibiles & imitabiles, totidem rerum formas in hoc mundo diſpoſuit Deus, atque ita ſibi ſimilem effecit, vt pote cum ideæ rerum, non inter nubes, vt quidam volunt, ſed in mundani architecti mente conſiſtant. Ita dixit ſupra autor noſter hominem factum eſſe ad ſimilitudinem ſuperioris

gloriæ. De quo poſtmodum agemus. Hanc rationem dat Plato in Timæo. ἀγαθὸς ἦν. Bonitate videlicet præſtabat. In bonum autem nulla de vlla vnquam re cadit inuidia: quum ab illa igitur liber & immunis eſſet, omnia voluit quam maxime ſui ſimilia generari.

Quem non externæ pepulerunt fingere cauſæ
Materiæ fluitantis opus, verum inſita ſummi
Forma boni, liuore carens: tu cuncta superno
Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipſe
Mundum mente gerens, ſimilique in imagine formans,
Perfectasque iubes perfectum abſoluere partes.

Tertio propter rationem quam fuſe tractat autor ligationis Iſaac &c.

TErtiam hanc affert rationem autor ligationis Iſaac R. Iſaac ben Arama: quia determinate dixit Deus ſe hominem creaturum, quod de aliis non dixit: quomodo proferat terra animam viuentem in genere, non autem ſpecifice equum, vel Leonem. 4. præficiendo hominem animalibus. 5. faciendo eum ad ſimilitudinem ſuam.

Faciamus Adam ad ſimilitudinem noſtram.

IN libro. Cedri libani Medraſch Conen. Quando voluit Deus creare hominem, conuocatis omnibus Angelorum ordinibus dixit. Faciamus hominem ad ſimilitudinem noſtram. Reſpondit cœtus Michaëlis quod dicitur Pſal. 8.

ṿ. 5. Quid eſt homo quod memor es eius. Statim iniecit Deus omnes illos angelos in ignem, Michaële tantum excepto. Vocauit cœtum Gabrielis, a quo idem reſponſum accepit, eoſque angelos eadem pœna mulctauit præter Gabrielem ſolum. Tandem vocauit Iebiel. Reſpondit Iebiel. Domine mundi creator omnium non eget conſilio creaturarum, fiat voluntas tua. Dixit illi Deus. Reſponſo tuo ſanaſti quod ſocii tui labefactauerant, ideoque mutato nomine appellauit eum Raphaël ideſt medicinam Dei: eique genus omne remediorum commiſit. Conuerſus vero Deus ad Michaëlem dixit illi. Affer mihi puluerem è loco domus ſanctæ. Dictum factum. Illum puluerem manu ſubegit Deus, & ex eo formauit primum hominem. Gen. 2. v. 7. Formauit igitur dominus Deus hominem de limo terræ poſtea Gen. 2. v. 15. Tulit Deus ipſum Adamum, id eſt, inquit Maiemonides euexit eum ad ſe, & honore cumulauit. Michaëli & Gabrieli commiſit populum Iſraëliticum: Raphaëli commiſit genus omne remedio-

rum, & omnes ideas & exemplaria rerum. At vero postquam peccauit Adam, accesserunt Gaza & Gazaël, vt refertur in Zohar sect. In principio col. 104. apud Deum conquesti sunt dicendo. Ecce homo quem fecisti, peccauit. Respondit illis Deus. Vos etiam qui accusatis non minus estis præuaricaturi, vt scriptum est Gen. 6. v. 2. Videntes filii Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Quid fecit Deus? deiecit eos de gradu sancto, in quo erant constituti, subiecitque eos aëri mundi: vt scriptum est Psal. 104. v. 4. faciens Angelos suos ventos. Quomodo autem factus fuerit Adam ad similitudinem Dei, docent Hebræi, primo ratione Cabalistica in Zohar sect. In principio. In Deo est mas & fœmina, pater & mater, filius & filia, Iod enim vnitas siue simpliciter, quæ est corona: siue a monade genita, id est in se multiplicata, estque semper vnitas, quæ est sapientia, cum sit numerus impar, vt dictum est, mas est, & pater. ה, quæ est intelligentia, cum ex duobus numeris

oriatur י & ד, fœmina eſt, & mater. ו Decor ſiue ſexta numeratio, ſol ſupramundanus eſt filius cum ſuis membris id eſt aliis numerationibus magnificentia, potentia, victoria, maieſtate, & fundamento. ה vltima littera nominis Dei, Regnum ſiue vltima numeratio, Luna ſupramundana, eſt filia. Et hæ omnes numerationes Deus ſunt, quomodo dicitur Eſa. 44. v. 6. Ego primus & nouiſſimus, & abſque me non eſt Deus: & Deus vnus ſunt Deut. 6. v. 4. Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt. Sic ex י Iod prima littera nominis ſancti, & ex vltima quæ eſt quarta quæ deſignatur per ה, exurgit vna littera ה, & ex his quatuor litteris vnum nomen יהוה; vt & omnes decem numerationes ſunt vnus Deus, qui deſignatur per Coronam, cuius nomen eſt אהיה ego ſum qui ſum: quomodo Iod non ſolum decem, ſed & monadem deſignat: ſic etiam in homine eſt mas & fœmina, pater & mater, filius & filia. Gen. 1. v. 27. & creauit Deus hominem ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit ... anima ſapientiæ

& intelligentiæ Neſchamah eſt pater & mater, provt agit, aut patitur: anima iraſcibilis Ruach eſt filius, anima concupiſcibilis Nepeſch eſt filia. Anima ſapientiæ, & intelligentiæ Neſchamah reſpondet τῷ י & ה Ruach τῷ ו, Nepheſch τῷ ה col. 61. :י מבלי פירודא ה נקראת נשמה ואו נקרא רוח ואתקרי בן ה אתקרי נפשא ואתקרי בת.

id eſt Iod non ſeparatum ab ה id eſt יה vocatur anima ſapientiæ, & intelligentiæ Neſchamah. Vau vocatur Ruach; & dicitur filius. ה vocatur Nepheſch & dicitur filia. Tres illæ animæ vna ſunt anima, אדם. & quemadmodũ ex 45. יוד הא ואו הא oritur nomen Dei יהוה, ita etiam ex 45. nomen אדם Adam. Hoc eſt quod dicit Deus. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.

2. In Talmud lib. חגיגה feſtiuitas. cap. אין דורשין. Cuius me loci admonuit Vir Illuſtriſſimus, omni doctrinæ genere clariſſimus D. Gaulmin ſupplicum libellorum magiſter. Dixit R. Eliezer. Primus homo à terra ad cœlum attingebat, & ab extremo mundi vſque ad aliud extremum

tremum quomodo dicitur Deut. 4. v. 32. Ex die quo creauit Deus hominem super terram à summo cœlo vsque ad summum eius. Postquam verò peccauit, minuit eum, & staturam eius ad centum cubitos redegit quomodo scriptum est Psal. 139. v. 5. Arctasti me ab Oriente & ab Occidente, & posuisti super me כפך manum tuam. Hæc sic exponuntur in libro. כפתור ופרח Pomum & flos ad illud caput Talmudis dicto 33. Dicitur Adam ita creatus, vt à fine ad finem mundi pertingeret, & à terra vsque ad firmamentum; vt sic intelligi possit quomodo factus sit ad similitudinem Dei: quemadmodum Deus regit cœlum, sic homo regit terram. Psal. 115. v. 15. Cœlum cœli domino, terram autem dedit filiis hominum præterea. הוא כולל כל עולמו בתחתונים כמו שהשם ית׳ הכל ואין זולתו

id est Homo complectitur totum mundum suum, quemadmodum & Deus benedictus est omnia, nec est quidquam sine illo. Diu tamen in eo statu non fuit Psal. 49. v. 20. Homo cum in honore esset, non intellexit: peccato suo è gradu

illo gloriæ deiectus est., hoc est, quod dicitur & posuisti super me manum tuam כפך. siue iuxta Talmudis phrasim minuisti me, & redegisti ad centum cubitos. Etenim per Gematriam כף manus est centum. Aliis videtur ideo dici redactus ad centum cubitos, vt sciamus, postquam peccauit Adam, non tamen illi penitus esse ablatam diuinam formam & similitudinem, sed tantum diminutam, & in hoc saltem Deo remansisse similem; quod quemadmodum Deus est indiuisibilis; sic etiam & anima hominis est indiuisibilis, vt & numerus 100. est indiuisibilis: namque numerus centum nihil est aliud quam decies decem, qui numerus si in decem diuidatur, in se ipsum redit; ideoque indiuisibilis est. Adam, inquit R. Maiemonides in more Neuochim parte 1. cap. 2. in statu gloriæ, antequam peccaret, præditus erat, vt Deus, apprehensione intellectiua, quæ nullo sensu, vel opera corporis vtitur, vt pede, manu &c. Vnde non cognoscebat nuditatem suam. Cum vero peccauit, non abstulit illi Deus omnimodam apprehensionem;

ſed dedit illi apprehenſionem ſenſibi-
lium. Ita dicitur Gen. 3. v. 6. & eritis ſi-
cut dii cognoſcentes bonum & malum:
non autem verum & falſum.

3. In Zohar ſect. & inclamauit col. 14.
Quandò creauit Deus mundum, inquit
R. Iuda, creauit 7. expanſiones cœlorum
ſupra, creauit 7. terras infra, 7. maria,
7. flumina, 7. dies 7. ſeptimanas, 7. an-
nos, 7. vices 7. millia annorum duratio-
nis mundi. Septem illæ expanſiones cœ-
lorum diſpoſitæ ſunt, veluti pelliculæ ce-
parum: aliæ ſunt ſuperiores, aliæ inferio-
res, & ſingulæ mouentur verbo domini
ſui. Illo iubente deferuntur, illo iubente
ſtant. Supremus omnium eſt Deus be-
nedictus. In aliis expanſionibus ſunt varii
miniſtri, quorum ſunt diuerſa officia.
Quibuſdam ſunt 6. alæ, quibuſdam 4.
facies, aliis duæ, aliis vna. Quidam eſt
ignis ardens, alius aqua, alius ventus,
quomodo dicitur Pſal. 104. faciens an-
gelos ſuos ventos, & miniſtros ſuos
ignem ardentem. Sic etiam ſunt ſeptem
terræ infrà, quarum aliæ ſunt ſuperiores,
aliæ inferiores, & in iis ſunt creaturæ aliæ

ab aliis differentes. (Quarum terrarum in medio eſt hortus Eden & gehenna) omnium altiſſima eſt terra Iſraël, in qua Ieruſalem totius οἰκουμένης altiſſima. In hac vero terra, quæ vocatur תבל orbis, fuit Adam quomodo dicitur Iob 37. v. 12. Ad omne quod præceperit illis ſuper faciem תבל orbis terrarum. Iſte תבל orbis adhæret expanſioni ſuperiori, & nomini ſupremo, quomodo Pſal. 9. ſcriptum eſt, Et ipſe iudicabit תבל orbem in iuſtitia. Ideoque in hac terra ſuperiori, quæ dicitur orbis, eſtque omnium altiſſima, tamquam in ſolio ſunt filii Adam ad inſtar ſuperioris gloriæ. Quomodo dicitur Ezechiel. 1. v. 26. Sicut aſpectus lapidis ſapphiri, ſimilitudo ſolii, & ſuper ſimilitudinem ſolii, ſimilitudo tamquam aſpectus hominis deſuper. Quemadmodum Deus eſt ſupremus omnium in ſupremo cœlorũ; ita Adam fuit ſupremus omniũ creaturarum in ſuprema terrarum omnium, quas diuerſi homines incolunt.

ואי תימא הא כל בני עלמא מאדם נפקו: לאו הכי
דלא נחות אדם הראשון לכלהו ארצות ואוליד בנין:
וכמה נשין הוו ליה. אלא אדם לא אשתכח אלא
בהאי עלמא עלאה מכלהו דאקרי תבל.

id est quod si dicas omnes filios mundi ex Adam descendere: Non ita est: nec enim primus homo percurrit omnes terras, ibique genuit filios: quot vxores habuisset? Verum non fuit Adam, nisi in hoc mundo omnium supremo, qui dicitur תבל orbis, & de eo primo homine intelligunt illud Gen. 1. & creauit Deus Adam ad similitudinem suam, quod de aliis populis, qui in aliis regionibus sunt producti dici nolunt. Quæ vt intelligantur sciendum est, vt tradit R. Moses filius Schemtof in libro q. Anima sapientiæ Deum duas animarum causas statuisse, vnam mundam & vitæ; aliam immundam, & mortis, ex quibus ortum volunt licitum & vetitum.

ואם תאמר בלבבך אם כן סבת נפשות הכופרים והרשעים באיזה מקום באו אם מסבת זאת המעלה נאמרת: אם כן כל אפיא שוין ומקרה אחד לכל. חלילה כי אין להאמין בזה כי כרחוק מזרח ממערב בן רחוק הקדוש מן הטמא.

id est quod si dicas in corde tuo. Si huiusmodi sit Causa animarum, animæ negantium Deum, & impiorum ex quo loco procedet? an à causa huius gradus su-

prædicti? (id est sancti) si, inquam, ita sit; omnes facies erunt æquales, & vnum idemque cunctis accidet: quod absit: neç enim id credendum est: quantum enim distat Oriens ab Occidente, tantum differt sanctum ab immundo. De his duabus caussis sic Plato in Theætheto, παραδειγμάτων, inquit, ὦ φίλε, ἐν τῷ ὄντι ἑστώτων, τοῦ μὲν θείου, εὐδαιμονεστάτου, τοῦ δὲ ἀθέου, ἀθλιωτάτου. idest quandoquidem, mi Theodore, in ipsa rerum humanarum communitate duo sunt exemplaria, & quasi summa capita. Vnum quidem diuinum, fœlicissimum, aliud impium, miserrimum &c: Causa munda siue sancta est origo fidei.

תדע לך כי מעלות הקדש הם מעלות עליונות וסבות נכונות אשר כל קיום האמונה תלוי בהם וכלם נמשכות ממעלת התחתוני הנקראת קדש.

idest scito gradus sanctos esse gradus superiores & causas rectas, à quibus omnis status fidei pendet, & omnino emanare à gradu inferiori, qui dicitur sanctus. In Zohar vocatur סטר קדישא pars sancta, & מטטרון Mitatron. Est autem Mitatron teste Elia leuita in Thisbi, angelus qui

semper videt faciem regis excelsi, ideoque princeps facierum vocatur: de quo dictum est illud Exod. 23. Quoniam nomen meum intra ipsum est, eo quod simile nomē habeat cum domino suo. מטטרון enim per Gematriam idem valet, quod שדי Omnipotens, quod est nomen diuinum scilicet. 314. ad cuius similitudinem dicunt Rabbini factum esse Adamum iuxta illud Gen. 1. Faciamus Adam ad similitudinem nostram Adam scilicet & posteros eius mundos & Iustos, qui nomine Adam censentur, de quibus Leu. 11. v. 45. Ego enim sum dominus, qui eduxi vos de terra Aegypti, vt essem vobis in Deum: sancti eritis, quia ego sanctus sum; quomodo etiam dixit Plato in Theaetheto: Deo autem nos assimilat iustitia & sanctitas cum sapientia coniuncta. *Causa immunda est origo peccati.*

ויש מדרגה מצד אחרת בסבת הרע והוא מקום הטומאה וסוד טומאתה וסבתה נקראת אלהים אחרים. ומשם נתפשטו כל חלקי סבות הטומאה והכופרים.

id est: Est vero gradus ex alia parte in causa mali. Hic est locus immundiciei mystice

autem immundicies eius, & causa eius vocatur dii alieni, vnde effunduntur omnes partes causatum immundarum, & eorum qui Deum abnegant. Vocatur in Zohar סטר מסאבא pars immunda; Semaël vnde אלהים אחרים dii alieni, de quibus dixit Deus Exod. 20. v. 3. Non habebis coram me deos alienos. Ex hac parte sunt omnes gentes, quæ sunt immundæ, & cultui idolorum addictæ: de quibus scriptum est Gen. i. ad similitudinem אלהים id est Deorum alienorum fecit illum. Eæque gentes ideo nomine Adam proprie non censentur, quia nomen Adam per Gematriam refert nomen Dei proprium.

Etiam septuaginta duæ species sapientiæ &c.

SVbiunge ex Zohar sect. in principio col. 178. quæ hic omisit R. Israël.
ועב׳׳ זיינין דחכמתא הוו מתפרשן מניה לשית מאה ושבעין גלופין דרזי עלאי. באמצעיתא דספרא גליפא דחכמה למנדע אלף וחמש מאה מפתחין לא.

&c.

&c. id est etiam septuaginta duæ species sapientiæ inde diuidebantur in 670. characteres quasi feras mysteriorum superiorum. In vmbilico libri character & fera sapientiæ, ad sciendum mille & quingentæ claues erant, quæ nondum traditæ erant &c. vt in textu. Iste liber fuit ablatus Adamo, cum eiectus est è paradiso terresti: quamobrem dolore confectus se coniecit in aquas Gichon ceruice tenus: iamque totum corpus eius erat squallore obsitum, cum imperauit Deus benedictus Raphaëli, librum illi redderet, ne sapientia & doctrina priuarentur homines. Adam tradidit eum seth filio suo, à quo peruenit ad Enoch, ad Abraham, & deinceps ad sapientissimos cuiusque generationis. Per septuaginta duas species sapientiæ intelligunt mysterium nominis sancti 72. litterarum, quo dicunt factum esse mundum. חסד enim id est misericordia de qua scriptum est Psal. 89. v. 3. Mundus misericordia ædificabitur numerice est 72. Itemque ויכלו igitur perfecti sunt cœli & terra Gen. 2. Illæ vero 72. species sapientiæ dicuntur

diuidi in 670. feras myſteriorum hoc modo. Diuide 72. in duo, erunt 36. & 36. è quibus deme 4. quæ ſunt myſterium operis Mercauæ ſiue quadrigarum, ſuperetunt 32. ſecundum myſterium 32. viarum ſapientiæ, quæ deſignantur per לב id eſt cor, quia ſunt cor Dei, de quibus poſtea agemus; multiplica 32. per 2. id eſt per myſterium vetiti & liciti erunt 64. quæ multiplicata per 10. ſephirot erunt 640. Reſume iam illa 4. reſidua ex ſubſtractione 32. ex 36. & multiplica per 2. quod eſt myſterium liciti & vetiti, erunt 8. quæ addita 22. litteris efficient 30. 30 addita 640. efficiunt 670. Hæ ſunt feræ myſteriorum ſuperiorum; E quibus 670. ſi demas 57. (quorum 50. ſunt myſterium 50. portarum intelligentiæ, & 7. diei Sabbati) remanebunt 613. ſecundum numerum præceptorum affirmatiuorum 248. & negatiuorum 365. ſtatuuntur autem mille & quingentæ claues ad cognitionem ſcilicet boni & mali: mille ad cognitionem mali, vnde Poëta.

——*Mille nocendi artes.*

iuxta numerum mille vxorum extranearum quas habebat salomoh, quæ respondent mille gradibus mali, inquit R. Moses bar Schem tof.

הוא עניין אותו הרע הנקשר באילן ההוא: וסכום המדרגות של אותו האילן אלף נשים נכריות הם בסבת אל אחר.

id est Hoc est malũ adhærens huic arbori (scilicet scientiæ boni & mali) numerantur autem gradus illius arboris mille fœminæ extraneæ propter Deum alienum, id est quæ sunt à principio immundo. Sunt vero quingentæ claues boni per mysterium Iubilæi respondentis 50. portis intelligentiæ, quæ nihil sunt aliud quam decem sephirot multiplicata per ה litteram nominis sancti, id est per quinque. Si 50. per י quæ est prima littera nominis diuini id est per 10. multiplicentur erunt 500.

Hadarniel.

IN Zohar legitur הדרניאל מלאכא קדישא Hadarniel angelus sanctus.

Ita vt nulli ſuperiorum præter te poſsit innoteſcere.

EX hac fabula petita ex Zohar inferunt Rabbini homines eſſe ſuperiores Angelis, vt clarius aſſerit autor noſter cap. *26.* quod qua ratione dicant videamus. Ac primo quidem explicandum eſt quid de eorum natura ſentiant. Quidam incorporeos eſſe dixerunt, alii corporeos. Maimonides in more Neuochim parte 2. cap. 6. exiſtimat Angelos eſſe incorporeos, quia nullum corpus determinatum habent; ſed inſtar protei in varias formas ſe conuertunt, ignis, venti, hominum, mulierum. R. Mekir Aldabi in libro Viæ fidei probat eſſe corporeos: quidni enim, inquit, angeli ſint corporei, ſi cum corporibus ſint inuiſibiles, & ſub ſenſum non cadant: quod fieri poteſt. Cum enim ex quatuor elementis, quorum duo ſenſibilia ſunt terra & aqua, compoſitum corpus ſit etiam ſenſibile. Quidni ex duobus tantum ele-

mentis puriſſimis aëre & igne, quæ ſenſum fugiunt, poſſit componi corpus, quod etiam ſit inuiſibile, & ſub ſenſum non cadat בן היתה יצירה משתי יסודות רוצה לומר מן האש והאויר והיה מהם גוף אינו מורגש ואינו מושג לאחת מן ההרגשות.

Ita Plato in Philoſopho aëreos facit angelos, quos dæmonas vocat, medios tamẽ inter deos & homines. Δαίμονας ἀέριον γένος ἔχον ἕδραν τρίτην καὶ μέσην τῆς ἑρμηνείας αἴτιον, εὐχαῖς τιμᾶν μάλα χρεὼν, χάριν τῆς εὐφήμου διαπορείας. id eſt Dæmonas aëreum genus, quod tertiam & mediam regionem obtinet: cuius quidem munus eſt, vt medium inter deos & homines interpretis fungatur officio: Idcirco ob fœlicem fauſtamque illam interpretationis operam, precationibus, omnique honoris genere colere debemus. At quare Rabbini dicunt homines eſſe angelis ſuperiores? R. Mekir Aldabi hanc affert rationem: quia homines plus merentur quam Angeli. Angeli enim ſuapte natura boni ſunt: homines vero naſcuntur procliues ad malum, fomite mali continuo oppugnantur; quem ſi ſube-

gerint, maiori gloria digni ſunt, quam Angeli, & in hanc ſententiam detorquet illud Pſal. 102. v. 20. Potentes virtute facientes verbum illius.

אלו צדיקים שכובשין יצרם הרע שהם גדולים ממלאכי השרת׳

Hi ſunt, inquit, iuſti, qui ſubegerunt ſuum fomitem mali, ideoque ſunt præſtantiores Angelis miniſtrantibus. R. Moſes bar Schemtof alia ratione nititur id probare in libro. Anima ſapientiæ. Animæ, inquit, quæ neſchamot dicuntur, colligabuntur faſciculo vitæ, id eſt gloria diuina fruentur, eaque tanta, vt eam Angeli miniſtrantes capere non poſſint. Eſa. 64. v. 4. A ſæculo non audierunt, neque auribus perceperunt, oculus non vidit, Deus præter te, quæ præparaſti expectantibus te. Hanc obiectionem ſibi proponit. Verum non promiſit Deus Ioſue ſacerdoti magno, niſi locum inter Angelos Zohar. 3. v. 7. Dabo tibi locum ambulandi inter eos, qui hic aſſiſtunt. מהם מלאכי השרת id eſt inter Angelos miniſtrantes. Quod ſi Ioſue ſacerdos magnus non fuit ſuperior

angelis, quanto minus alii filii Adam. Reſpondet. Animæ, inquit, iuſtorum perfectorum ſunt in perfecto gloriæ gradu: nihilominus tamen huius mundi non obitæ, illius curam, & protectionem ſuſcipiunt: cumque Iſraëlitæ in anguſtia verſantur, in gradum inferiorem, qui eſt ſub ſolio gloriæ inter Angelos miniſtrantes deſcendunt, vbi ſumptis alis vna cum Angelis circumeunt mundum, ſuumque erga fratres ſuos Iſraëlitas amorem multis miraculis teſtatum relinquunt, & hoc eſt quod dixit Deus Ioſüe ſacerdoti magno. Dabo tibi locum ambulandi inter eos, qui hic aſſiſtunt: Quamobrem, inquit, id non impedit quominus homines angelis ſint nobiliores: nec etiam obſtat quod dicitur Pſal. 8. & minuiſti eum Paulo minus מאלהים. quia vox Elohim ibi ſignificat Deum non angelos: minuiſti eum paulo minus à Deo. Immo ex ſequentibus probant Iudæi homines eſſe ſuperiores angelis miniſtrantibus, ſequitur enim. Gloria & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Ergò etiam inquiunt, Angelos, ſunt enim opera Dei benedicti. Vnde & eum honorē deferunt Angeli hominibus (quomodo ſcriptum eſt in libro פירוש הזמירות Expoſitio canticorum) vt non niſi poſt homines, ſua cantica ordiantur, quomodo dicitur Iob. 38. v. 7. Cum me lauderent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filii Dei, & Pſal. 57. v. 6. Eleua ſupra cœlos Deus: at quando? ſupra terram gloriam tuam. Id eſt quando vniuerſa terra tuis laudibus reſonat: nec enim prius incipiunt canere ſanctus, ſanctus, ſanctus, quam audiuerint vocem iuſtorum diuinas laudes eructantium in terra, iuxta illud Pſal. 98. v. 9. Exaltate dominum Deum noſtrum, & adorate in monte ſancto eius. Vt que certius moneantur, præfectus eſt Angelus dictus Schemaiiel, qui ſtat ad feneſtras firmamenti inferioris, vt cum primum audiuerit vocem congregationis Iſraël referat ad cœtum Angelorum, qui ſtatim ſuauem incipiunt melodiam; quam audiri dicunt à gallo gallinacco in Zohar

ſect.

sect. & vixit Iacob Gen. 47. v. 28. col. 465. Quando ſpiritus ſeptemtrionalis excitatur
חד שלהובה נפיק ובטש תחות גדפוי דתרנגולה וקרי׃
id eſt flamma ſubit alas galli gallinacei: ille comploſis alis vocem edit. Ita Iob: 38. v. 36. Quis dedit gallo intelligentiam.

Finis creationis eſt propter hominem, vt Deo conſtanter ſeruiat.

MVndum, inquiunt Platonici, fecit Deus bonitate ſua ob immenſam fœcunditatem exuperante, quæ primum quidem ſe ipſa gaudet, ob idque deinde ſua hac delectatur imagine: ita tamen vt non in hac imagine, ſed in ipſo exemplari atque principio, delectationis huius conſtituat finem. Deus enim ad ſe ipſum tamquam finem ducit omnia, quia nullius actionis diuinæ finis eſt extra Deum: nam finis in

eodem ordine locatur vna cum eo quod agit ad finem, estque bonum quoddam, & causam mouet agentem: nihil autem in eodem ordine locatur cum Deo, nisi ipse Deus: si ergo Dei finis est ipsa sua bonitas, Deus suo modo suam appetit & diligit bonitatem. Vult igitur se ipsum tamquam finem sui ipsius, & omnium: & quoniam bonitate fecit mundum, idcirco boni gratia fecit ipsum, & hominem in ipso: non enim vt esset, viueret, intelligeret simpliciter procreauit, sed vt bene esset, viueret, & bonum intelligeret, atque compararet. Ideoque legem suam tradidit illi Deus, qua ad illius boni fruitionem perueniret. Hoc est quod dicitur cap. 1. Quando Deus habebat in animo creare mundum, respiciebat leg. Vnde per notaricon בראשית בראשונה ראה אלהים שיקבלו ישראל תורה id est in principio vidit Deus Israëlitas suscepturos legem. Proclus in Theologiam Platonis. διὸ δὴ καὶ ὁ δημιουργὸς πρὸς τοῦτον βλέπων, κατὰ νόμον ἄγει τὰ πάντα. id est Quamobrem etiam ille rerum opifex ad istam legem spectans, omnia se-

cundum legem agit, & regit.

Cabalistæ, vt ex verbis R. Ioseph filij Carnitolis in libro. Portæ Iustitiæ, colligere possumus, Deus, inquiunt, fecit & sustinet mundum per se, & propter se, siue virtute decem sephirot; quæ vnus Deus sunt, cuius nomen vnum sanctum יהוה illa complectitur, vt dictum est; Ergo etiam propter ea quæ infra respondent illis decem sephirot supra, fecit, & conseruat mundum. Sunt autem ea decem præcepta; Vnde super arcam, in qua seruabantur tabulæ legis scriptæ, erat corona, designans superiorem coronam, nempe primam numerationem. Exod. 25. v. 11. Faciesque supra coronam auream per circuitum: arcæ vero latitudo & altitudo habebat cubitum & dimidium, siue palmos nouem secundum alias nouem numerationes.

Primum præceptum. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, respondet Coronæ. 2. Non habebis coram me deos alienos; sapientiæ. 3. Non assumes nomen Dei in vanum; Intelligentiæ. 4. Memento vt diem Sabbati

ſanctifices; fundamento. 5. Honora patrem tuum & matrem tuam; Magnificentiæ. 6. Non occides: Potentiæ. 7. Non mœcaberis, Victoriæ: 8. Non furaberis, Decori 9. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium, Maieſtati. 10. Non concupiſces, Regno. Itaque cum hæc decem præcepta infra reſpondeant decem numerationibus ſupra; propter ea fecit Deus, & ſuſtinet mundum. Vnde & his etiam reſpondent decem verba, quibus creauit Deus mundum.

In Zohar ſect. In principio col. 58. Verbum hoc: In principio creauit Deus &c: reſpondet ſapientiæ propter eam quam ſupra attulimus rationem.

2. Verbum: & dixit Deus ſit lux, magnificentiæ, ſiue miſericordiæ quæ eſt gradus Abrahami, vt diximus ſupra.

3. Verbum. Dixit quoque Deus fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, Potentiæ, ſiue Timori, qui eſt gradus Iſaac, de quo dixit Iacob Gen. 31. v. 42. Niſi Deus patris

mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi &c. & quemadmodum infra Abraham genuit Isaac, cui tribuitur timor. Sic illo die מיא אולידו אשא aquæ genuerunt ignem; eaque die creata est Gehenna, quæ in illa diuisione exiliit ex igne, Ideoque dies ille, dies est iudicii: Vnde nomen siue proprietas huius numerationis est Elohim iudex.

Dixit vero Deus congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt &c: Respondet hoc verbum *Decori*, siue lineæ mediæ, estque gradus Iacob, qui est tertius patriarcha, vt & iste dies fuit tertius: & in hoc gradu complexus est Iacob ignem & aquam id est iudicium & misericordiam. Vnde dicitur Gen. 25. v. 26. Iacob vir perfectus habitans in tentoriis, scilicet misericordiæ & iudicii: eiusque manu deriuantur miserationes. Ideo huius numerationis nomen siue proprietas est Iehouah.

Et ait Germinet terra herbam virentem & facientem semen & lignum fructiferum &c: Respondet hoc verbum fundamento, quod dicitur Iustus iuxta il-

lud Prou. 10. v. 25. Iustus est fundamentum mundi. Dicitur etiam arbor vitæ. Est que gradus Ioseph Gen. 49. v. 22. filius fructiferæ arboris, siue ramus foecundus Ioseph: vocatur etiam pactum pacis Ezech. 34. v. 25. Notandum vero est in hoc tertio die duo esse tempora, quibus dixit Deus quod esset bonum: Vnum respondet gradui Decoris, aliud gradui fundamenti, siue iusti: estque dies Sabbati; qui non sine magno mysterio incidit in diem, quo dixit Deus. Germinet terra arborem fructiferam. Legimus enim Deut. 24. v. 5. Cum acceperit vir vxorem, vacabit absque culpa domi suæ, vt vno anno lætetur cum vxore sua. Non dixit. Cum accepta vel ducta fuerit viro vxor: solent enim viri quærere, & petere sibi vxores, quemadmodum qui rem aliquam amisit, it redit, vt quærat rem suam, quam amisit. Ecce iustus, vt Ioseph, vocatur vir. Gen. 43. v. 11. & deferte viro munera: Vxor vero est congregatio Israël, quæ designata est die quarto per mysterium Lunæ in quarto gradu scilicet Regni, quod est

mysterium regni Dauidis. Ideoque quamuis sedes illius Iusti, sit dies Sabbati, siue dies septimus, tamen continetur & designatur die tertio, vt adhæreat diei quarto, id est vxori suæ congregationi Israël, quomodo quis rem recuperat, quam amiserat: quamobrem scriptum est infra Gen. 42. v. 6. & Ioseph dominabatur terræ. Verum futuro tempore, id est in fine dierum, die sexto siue sexto א id est millenario, quo veniet Messias (mille enim anni sunt vnus dies Dei) quamuis congregatio Israël sedem nunc habeat in die quarto; nihilo-minus tamen transibit in diem sextum, vt adhæreat viro suo, qui vocatur iustus, die Sabbati, vt præparet illi mensam, iuxta illud Ier. 31. v. 22. Quia creauit dominus nouum super terram, fœmina circumdabit virum; nempe tempore Messiæ, die sexto. Ita scriptum est & fuit vespere, & fuit mane, dies הששי sextus cum ה, quod aliis diebus non est additum. Enimvero vbicūque est ה, designatur congregatio Israël, quæ quærit se adiungere viro suo die Sabbati, quando

veniet vir eius ſuſcitaturus eam de puluere quomodo ſcriptum eſt Eſa. 27. v. 13. & venient qui perditi fuerant de terra Aſſyriorum. id eſt iuſtus & congregatio Iſraël. Eſt & alia ratio quæ in Zohar eodem loco proponitur. Myſterium iuſti refertur ad diem tertium, quia tres ſunt gradus a dextra: ſapientia, magnificentia, & victoria; tres a ſiniſtra, Intelligentia Potentia, & Maieſtas. Gradus autem iuſti ſiue fundamenti eſt in medio corporis, vt totum irriget, maxime diem quartum ſiue congregationem Iſraël vnde & nomen eius eſt אל חי Deus viuens & viuificans. Nota vero, quia prohibitum eſt operari die Sabbati, ideo habita duorum graduum Decoris & fundamenti ratione bis dictum eſſe eo die, quod eſſet bonum.

Dixitque Deus fiant luminaria. Hic eſt dies quartus reſpondens numerationi Iuſtitiæ id eſt Regno dicitur & Luna. Eſt hic gradus congregationis Iſraël, quia quemadmodum Luna non lucet niſi luce ſolis, ita neque congregatio Iſraël ſplendorem alium habet in ſe, quam quem recipit

recipit a iusto, quapropter ſedem habet in hoc gradu Dauid qui ſe vocat egenum Pſal. 69. v. 6. Ego vero egenus & pauper: qui ne quidem proprios habuit dies quos vixit: ſeptuaginta enim dies vitæ eius, erant illi ſeptuaginta dies; qui defuerunt τοῖς mille Adami diebus.

Dixit etiam Deus producant aquæ reptile animæ viuentis. Respondet Victoriæ gradui dextro legis, in quo Moſes infra fulciuit mundum per legem, vt ſcriptum eſt Ier. 33. v. 26. Si pactum meum inter diem & noctem, & leges cœlo & terræ non poſui. Equidem & ſemen Iacob & Dauid ſerui mei proiiciam.

Dixit quoque Deus Producat terra animam viuentem. Reſpondet Maieſtati gradui Aaronis infra; qui quamuis procedat à gradu Miſericordiæ, vt dictum eſt: diem tamen ſextum, qui dicitur Maieſtas, ſortitus eſt: obtulitque victimas ex animalibus mundis quæ creata ſunt die ipſius in oblationem congregationis Iſraël; quæ illo etiam die deſignata eſt quando virum ſuum, Iuſtum cir-

cumdabit; vt ita gradus fidei coniungantur, & lege ſacrificiiſque miſericordia Dei in mundum deducatur.

לקשרא דרגין דמהימנותא ולנחתא רחמי לעלמא.

Et Dixit Deus faciamus hominem &c. Reſpondet gradui ſuperiori Coronæ ad cuius ſimilitudinem factus eſt Adam, vt diximus ſupra. Cuius nomen eſt. Ego ſum qui ſum.

Dixitque Deus Ecce dedi vobis omnem herbam &c: Reſpondet hoc verbum Intelligentiæ, quæ vocatur Elohim, mater diuina, ſpiritus ſanctus: præuidens illa mater dolos ſerpentis, ſolos fructus dedit Adamo in cibum, non animalia, ne nimia haberet obiecta tentationis. *Sic* decem hæc verba reſpondent decem numerationibus; & iuxta hunc ordinem, ſecundum quoſdam Cabaliſtas, ſic etiam decem præcepta iiſdem reſpondent. Primum præceptum Diliges dominum deum tuum, reſpondet Miſericordiæ ſecundum Non habebis coram me deos alienos, Potentiæ. Tertium Non aſſumes nomen Dei in vanum, Decori. 4. Memento vt diem Sabbati ſan-

ctifices, fundamento. 5. Honora patrem tuum & matrem tuam, Regno. 6. Non occides, Victoriæ. 7. Non mœchaberis, Maiestati. 8 Non furaberis, Coronæ. 9. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, Intelligentiæ. Decimum. Non concupisces, sapientiæ. Hæc sunt decem verba quibus creatus est mundus, & quibus stat.

נברא העולם בי׳ מאמרות כנגד י׳ ספירות.
inquit R. Moses bar schemtof. Id est creatus est mundus per decem verba respondentia decem numerationibus. At vero postquam primus homo peccauit aduersus hæc præcepta, mundus nutabat, quandoquidem illis præceptis fulciebatur, quæ irrita peccato suo fecerat; dixitque Deus Gen. 6. v. 3. Non permanebit spiritus meus in homine &c: Nomen Dei vnum, & sanctum transgressione illorum præceptorum diuidebatur, sunt enim illa præcepta vnum illud Dei nomen sanctum, (vt patet ex dictis & iuxta Zohar sect. post mortem col. 128.) Itaque propter nomen suum, vt Iosue 7. v. 9. & quid facies magno no-

mini tuo? statuit coram se Israëlitas, quibus illa præcepta in tabulis scripta tradidit; vt apud eos esset, & Deus vnus, & nomen eius vnum. Vnde dicitur Deut. 33. v. 2. in dextera eius ignea lex, quemadmodum & ipse ignis est. Deut. 4. v. 24. Deus dominus tuus ignis consumens est. Ita recte exclamat Dauid 2. Sam. cap. 7. v. 22. Magnificatus es domine Deus, quia non est similis tui, neque est Deus extra te. Quæ est autem, vt populus tuus Israël, gens vna in terra? sic firmatus est mundus Psal. 76. v. 9. De cœlo auditum fecisti iudicium, terra tremebat, at quieuit; & in eundem statum rediit, in quo erat ante peccatum Adami.

Terra tremuit & quieuit.

QVandoquidem rediit mundus in eundem statum, in quo erat ante peccatum Adami, quum tradidit Deus legem populo suo: quare Israëlitæ non sunt translati viui in hortum Eden, vt ibi versarentur, quemadmodum versatus est Adam? Respondent Rabbini, vt le-

gitur in libro. Succus malorum granatorum; corpus habebant extra paradisum terrestrem productum, quod ideo sordes huius mundi contraxerat: non poterant ergo ingredi Hortum Eden, nisi prius consumpto eo corpore. Proponunt sibi dubium. Quæ est ergo differentia inter eos, qui viui eo translati sunt, vt Elias: & eos qui post mortem transferuntur, si necesse est prius consumi corpus omnium, qui paradisum terrestrem ingrediuntur. Respondent Corpus eorum qui moriuntur, in puluerem reuerti; at vero corpus eorum qui viui eo traducuntur, vi aëris puri & sancti, qui est in horto Eden comburi, & consumi: ibique immortale, inquiunt, corpus siue vestem induit anima eorum:

אבל מי שלא טעם טעם מיתה. גופו כלה ונשרף מכח האויר הטהור והקדוש אשר בגן ערן: ויתלבש שם בלבוש בלי טעם מיתה.



AD CAPVT SECVNDVM.

Paraui pœnitentiam antequam crearem mundum.



IN Talmud lib. נדרים vota. cap. 84. אין בין המודר. R. Ezechias petiit à R. Eliezere. Quot luces creatæ ſunt antequam mundus crearetur? Reſpondit ſeptem: lux legis, lux pœnitentiæ, lux horti Eden, lux Gehennæ, lux ſolii gloriæ, lux domus ſanctæ, lux nominis Meſſiæ. Lux quidem legis, vt ſcriptum eſt Prou. 8. v. 22. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret à principio. Lux pœnitentiæ Pſal. 90. v. 2. & 3. Antequam montes fierent, aut formaretur terra & orbis; à ſæculo & vſque in ſæculum tu es Deus, qui conuertis hominem vſque dum ſit contri-

tus; & dicis conuertimini filii Adam. Lux horti Eden Gen. 2. v. 8. Plantauerat autem dominus Deus hortum Eden a principio. Lux Gehennæ Esa. 30. v. 33. præparata est enim iam ante Topheth, a rege præparata, profundam fecit, & dilatauit: pyra eius ignis & ligna multa: flatus domini sicut torrens sulphuris succendentis eam. Lux solii gloriæ Psal. 93. v. 2. Paratum est solium tuum ab æterno. Lux domus sanctæ Ier. 17. v. 12. solium gloriæ altitudinis a principio locus sanctificationis nostræ. Lux nominis Messiæ Psal. 72. v. 17. sit nomen eius in sæculum, ante solem magnificabitur nomen eius.

Hæc in libro כפתור ופרח Pomum & flos eleganter explicantur.

רמזו בכאן אל הסבה תכליתית אשר קדמה לפני מחשבתו יתברך בבריאת העולם

id est designant hic causam finalem, quæ præcessit cogitationem Dei benedicti in creatione mundi: creauit enim Deus mundum propter hominem, vt contemplaretur opera sua: & quo esset magis idoneus, decreuit illum iustificare per

legem. Hæc eſt lux legis. A qua ſi quando aberraret, vt poſſet ad eam reduci, propoſuit pœnitentiam. Hæc eſt lux pœnitentiæ: ideoque etiam & locum præmii, ſcilicet hortum Eden, & locum correctionis, nempe Gehennam propoſuit (ולא ברא גיהנם לעשות נקמה ברשעים שאין זה מדרכי יהוה. nec enim creauit Deus Gehennam, vt ſumeret vltionem de impiis, quia non eſt is mos Dei) & hæc omnia ad maiorem nominis ſui gloriam; Quamobrem decreuit ſtatuere ſurſum ſolium gloriæ, & infra domum ſanctuarii ſui iuxta illud Eſa, 66. v. 1. Cœlum thronus meus; terra autem ſcabellum pedum meorum: quia vero præuidebat fore, vt hæc domus ſancta deſtrueretur, reſpexit Meſſiam, qui templum ædificaret in æternum duraturum. Hæc eſt lux Meſſiæ. Ex quibus intelligitur quod dictum eſt: Paraui pœnitentiam antequam crearem mundum.

De pœnitentia vero quid ſentiant Hebræi paucis exponemus. R. Iechiel in libro, Templum domini. Quando, inquit,

quit; peccat homo excidit è benedictionibus, vt incidat in maledictiones, quomodo scriptum est Deut. 27. v. 26. Maledictus qui non seruat verba legis huius: & ita maledictus est primus homo decem maledictionibus, mulier itidem decem, serpens decem, terra nouem: suntque vniuersim 39. לט maledictiones. At vero qui maledictus est censetur mortuus: Qui si conuertatur pœnitentiam agendo 39. illæ maledictiones siue mortes cedunt in 39. benedictiones siue in טל id est in rorem viuificantem, quo suscitaturus est Deus mortuos, vt postea ad caput 7. dicemus. Vno verbo peccato mortuus, pœnitentia resurgit. Antequam peccet homo, adhæret vni Deo יהוה אחד vnde exurgit numerus 39. postquam peccauit, subiicitur causæ immundæ אלה vnde etiam existit numerus 39. postea pœnitentiam agendo redit ad causam mundam ad Deum vnum יה" אחד quod est mysterium 39. benedictionum. De pœnitente huiusmodi dixit Dauid Psal. 32. Beatus cuius elatæ sunt iniquitates, sumpta metaphora à bilancibus:

Dicunt ſingulis annis Diabolum peccata Iſraëlitarum ad Deum deferre: ſumit Deus bilances, quibus præfecit Angelum Ioſniam vocatum, vt eorum & merita & peccata examinet: at vero ne imponantur peccata ſtateræ; tegit ea Deus ſua purpura, id eſt ſua miſericordia Pſal. 85. v. 3. Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ, operuiſti omnia peccata eorum. Ideoque quũ ſola merita reperiantur appenſa in bilancibus, ipſa præponderant. Itaque dies ille vocatur dies expiationum Leu. 16. v. 34. Eritque vobis hoc legitimum ſempiternum, vt ſit propitiatio filiis Iſraël pro cunctis peccatis eorum ſemel in anno. Mox, vt legitur in libro. Pomum & flos. Conqueritur apud Deum Diabolus dicendo. Fures ſunt Iſraëlitæ. Furati ſunt enim ſcientiam tuam, vt non aduertas peccata ipſorum. Conſule Buxtorfiũ Synag. Iudai. cap. 21. Hic dubium proponunt Cabaliſtæ in libro. *Portæ Iuſtitiæ* referente R. Ioſeph filio Carnitolis. Statuta eſt aduerſus peccatores mulcta, latum eſt aduerſus eos à Deo Iudicium Exod. 32. v. 33. Qui pec-

cauerit mihi, delebo eum de libro meo. Quomodo ergo potest illud irritum fieri, etiam pœnitentiam agendo? sciendum est, inquiunt, domum iudicii esse in gradu potentiæ, siue timoris: quumque iudicium ferendum est, ascendit Deus ad gradum intelligentiæ, in quo init consilium quomodo scriptum est Prou. 8. v. 14. Meum est consilium, mea intelligentia, & mea Potentia. Postea consilium defert ad gradus victoriæ & Maiestatis, quorum nomina sunt Deus & Dominus צבאות exercituum: quomodo dicitur Esa. 14. v. 27. Deus צבאות exercituum consilium iniit, decreuit. Non tamen statim scribitur illud decretum diuinum: sed imperat Deus Angelo huic rei præfecto, vt per aliquod tempus conuersionem peccatorũ expectet, qui quum conuertuntur, quemadmodum pœnitentia se se submittunt imperio Dei; sic pœnitentia etiam dominantur timori Dei, siue potentiæ 2. Sam. cap. 23. v. 3. Dominatur Deus homini, & Iustus dominatur timori Dei, pœnitentia scilicet, quæ respondet intelligen-

tiæ gradui ſuperiori Timore, per myſterium מי Quis. Eſa 40. v. 14. Cum מי id eſt Cum quo iniit conſilium, & fecit illum intelligere &c: ideſt cum pœnitentia iniit conſilium eamque interpoſuit tamquam conditionem conſilii. Vnde cap. 14. v. 27. Dominus enim exercituum decreuit & מי quis poterit infirmare? & manus eius extenta, & מי quis auertet eam? מי quis id eſt pœnitentia poterit infirmare decretum, & auertere manum domini. Deſignatur autem pœnitentia per מי id eſt Quis. 1. Quia pœnitentiæ idea quum ſit in Deo, Deus eſt, & dicitur lux pœnitentiæ. Deus vero quum definiri non poſſit; de eo, & de omnibus quæ in eo ſunt, dici tantum poteſt, Quid eſt? 2. quia מי valet 50. qui eſt numerus pœnitentiæ: dicunt enim Deum aperire 50. portas intelligentiæ ſecundum myſterium Iubilæi, ad recipiendum pœnitentem, & faciendam miſericordiam: Ideoque inquit R. Moſes filius Schemtof in libro, Anima ſapientiæ 50. vicibus in lege fit mentio exitus populi Iſraëlitici ex Aegypto.

ושער התשובה נקרא שער החמשים על נ׳ פעמים שמזכירים ליציאת מצרים בתורה.

id eſt porta pœnitentiæ vocatur porta quinquaginta, propter quinguaginta vices quibus fit mentio in lege exitus ex Ægypto. Notandum eſt ſecundum Iudæorum doctrinam, quando quis pœnitentiam egit, illum non recipere priorem gratiam, quam peccando amiſit in Zohar ſectione & vixit Iacob Gen. 47. v. 28. col. 472. quod hac ratione ibi probatur. Quando peccauerunt primi parentes, ſcriptum eſt Gen. 3. v. 7. & cognouerunt ſe eſſe nudos, id eſt iis gratiis exutos, quibus ante peccatum veſtiti erant. Poſtquam pœnitentiam agendo conuerſi ſunt ad Deum, non receperunt tamen priorem illam veſtem; ſiue priorem gratiam; Scriptum eſt enim v. 21. fecit dominus Deus Adæ; & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.

ידיעה ידע ממש דההוא לבושא דיקר מאינון יומין גרע מניהון ולא אשתאר יומא מאינון יומין לאתלבשא ביה הדא הוא דכתיב גלמי ראו עיניך ועל ספרך כלם יכתבו ימים יוצרו ולא אחד בהם דהא לא אשתאר חד מאינון לאתלבשא בהו עד דאשתדל אדם ועבד

תשובה וקביל לית קדוש ברוך הוא ועבד ליה מאני לבושא אחרנין ולא מן יומוי הינו הך דאיתמר ויעשו יי׳ אלהים לאדם ולאשתו כתנות עור וילבישם. תא חזי באברהם דזכה מה כתיב בא בימים כד אסתלק מהאי עלמא ביומין אינון ממש דיליה עאל ואתלבש בהו ולא גרע מההוא לבוש דיקר כלום דכתיב בא בימים׳

id eſt Certo & præciſe ſciebant ablatam ſibi eſſe illam honoris veſtem dierum illorum (de quibus paulo ante dictum eſt אינון יומין דבר נש כד אתבריאו בההוא יומא דנפיק לעלמא כלהו קיימין בקיומייהו.

id eſt Illi dies hominis quum creati ſunt, eo die quo prodit in mundum, omnes ſtant in ſtatu ſuo) ſciebant, inquam, & ne vel vnum quidem ex illis diebus reliquum eſſe quo induerentur iuxta illud Pſal. 139. v. 16. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur, dies formabuntur, & nullus in eis: nullus enim ex illis diebus reſiduus fuit, quo induerentur, donec ſedulo fecit Adam pœnitentiam; ſuſcepit eum Deus; & fecit illi aliam veſtis ſpeciem, non autem ex diebus eius, quomodo ſcriptum eſt Gen. 3. v. 21. fecit dominus

Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Vide quid de Abrahamo, qui iustus fuit, ſcriptum ſit Gen. 24. v. 1. Ibat cum diebus. Quum ex hoc mundo migrauit, cum ſuis proprie diebus ingreſſus eſt iis indutus, neque vllo modo priuatus eſt illa veſte honoris. Ita ſcriptum eſt Ibat cum diebus.

Sic omnes mundi vnum corpus efficiunt.

ITa Marſilius Ficinus ex Platone. Quot orbes fingimus per vacuum ſparſos, tot excogitare debemus ſphæras intra ſphæras, vt quælibet ſphæra ſit mundus in mundo, vniuerſumque opus vnum ſit, atque inuicem ordinatum, nihilque vel vacuum, vel ordinis, vnionisque expers reperiatur. ταῦτα διανοηθεὶς, inquit Plato in Timæo, πρῶτον μὲν, ἵνα ὅλον ὅτι μάλιστα ζῶον τέλεον ἐκ τελέων τῶν μερῶν εἴη. πρὸς δὲ τούτοις ἕν, ἅτε, οὐχ ὑπολελειμμένων ἐξ ὧν ἄλλο τοιοῦτο ἂν γένοιτο. id eſt Idque ob eam cauſam opifex ſubductis rationi-

bus effecit, primum, vt mundus animal possit ex perfectis partibus esse perfectum: deinde, vt vnus esset, nulla parte, ex qua alterum quidpiam huiusmodi gigneretur, relicta. Nec vero illam mundi vnitatem, & certum ordinem impedit interitus, & corruptio rerum, quæ pereunt. Nam, vt ait Plotinus Enn. 2. lib. 9. cap. 7. αὐτὰ δὲ καλῶς φέρεται, ὡς τοῦ ὅλου, τὰ δὲ φθείρεται, ὡ δυνάμενα τὴν τοῦ ὅλου τάξιν φέρειν &c: id est Ipsa quidem, quæ natura mouentur, rite feruntur, vt pote quæ vniuersi sunt membra: nonnulla vero hinc perimuntur, quippe quæ totius ordinem sustinere, vel declinare non possunt. Ceu si chorea ingens agatur ordine, atque in medio eius ductu testudo comprehensa alicubi pessundetur, cum chori ordinem effugere nequeat: attamen si ordini choreæ se ipsam annecteret, nec ipsa quidem ab his aliquid pateretur.

Hinc etiam patet legis & mundi communio cum homine.

SEquenti capite legem, mundum, & hominem, deo adiungit: sic Plato 4. de legibus, ὁ θεὸς, inquit, (ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος) ἀρχὴν καὶ τελευτὴν, καὶ μέσα τῶν ὄντων ἔχων &c: id est Deus, quemadmodum & antiquus sermo testatur, omnium rerum & principium & medium & finem habens in se, rectam viam peragit, explicans vim suam, atque potentiam per hanc vniuersi naturam, perque illius partes omnes circumquaque permeans. Hunc sequitur Iustitia eorum, qui a diuina lege deficiunt, vltrix atque vindex: cui quidem iustitiæ is modesto & composito animo adhæret, qui fœlix est futurus, eiusque ductum & auspicium constanter persequitur. In Protagora. Ζεὺς οὖν δείσας περὶ τῷ γένει ἡμῶν, μὴ ἀπόλοιτο πᾶν &c: Iuppiter ergo dum generi nostro metueret, ne penitus periret, Mercurium mittit, qui pudorem, &

iustitiam ad homines adduceret, quæ nimirum essent ciuitatum ornamenta, & vincula, sanctæque inter ciues amicitiæ conciliatrices. Iamblichus in libro de mysteriis Ægyptiorum in conclusione huiusmodi vnionem rerum creatarum cum Deo sic docte explicat: αὐτὸ δὲ τὸ ἀγαθὸν, inquit, τὸ μὲν θεῖον ἡγοῦνται, τὸν προεννοούμενον θεὸν, τὸ δὲ ἀνθρώπινον, τὴν πρὸς αὐτὸν ἕνωσιν. Id est Bonum aliud putant diuinum, ipsum scilicet præintellectum Deum: aliud autem humanum vnionem videlicet ad ipsum dominum; quatenus, ait cap. de opinione Ægyptiorum de Deo atque diis, neque materiam secum humana natura ferat, neque aliud quidquam, præter opportuni temporis obseruantiam; Idque opera & beneficio sacrorum nos consequi docent; vt ait cap. Quando alia numina aliter appareant, atque agant. Cum dii per intelligentiam agant entia, merito nos per intelligentiam entium placemus Diis, atque probamur; sed potius per operationem religiosam: obseruantia enim decens præceptorum, operumque diui-

norum, quæ omnem excedunt intelligentiam, atque symbolorum, sacramentorumque potestas mira, solis nota numinibus præstat nobis deificam vnionem. Vnde etiam futura præsagire possumus, ad hoc conferente plurimum vnione, & sympathia vniuersi. cap. Inspiratus vacat ab actione propria, & Deum habet pro anima. Si quis existimet cœlestium quondam influxus in aërem fieri, ille non aliena censebit ab iis, quæ arte diuina sæpe contingunt. καὶ ἡ ἕνωσις δὲ καὶ συμπάθεια τοῦ παντὸς, καὶ ἡ ὡς ἀφ' ἑνὸς ζώου συγκίνησις τῶν πορρωτάτω μερῶν, ὡς ἐγγὺς ὄντων, τὴν τῶν σημείων τούτων πομπὴν ἐκ θεῶν ἀνθρώποις, ὡς οἷόν τε ποιοῦσι λαμπροτάτην. &c. id est Etenim vnio & sympathia vniuersi, quum partes remotissimæ, quasi essent proximæ, tamquam eiusdem animalis membra commoueantur, clarissime demonstrant huiusmodi signa à diis mitti ad homines. Id præterea, inquit, constat ex dictis Deos multis instrumentis mediis vti, ad hæc signa hominibus danda, vti ministerio dæmonum, & animarum, totiusque naturæ, &

omnium quæ inde dependent, vno principio educentes, & diffundentes motionem ab ipsis procedentem quocumque volunt. Maiemonides in more Neuochim parte 2. cap. 29. existimat huiusmodi signa, & omnia miracula ab ipsa simpliciter natura promanare, iuxta Bereschit Rabba, & Medrach Koheleth. Docent, inquit, Rabbini mundum seruare semper eundem ordinem, ideoque & miracula etiam a natura promanare. Dicunt enim, quando Deus optimus maximus hanc rerum vniuersitatem creauit, illum tunc vnicuique enti naturam suam ordinasse, & determinasse, illisque naturis virtutem indidisse miracula illa, quæ suo tempore in illis contingere deberent, producendi: & signum prophetæ nihil aliud esse, quam quod Deus prophetis significauerit tempus, quo dicere hoc, vel illud debeant, & quo illa res miraculosum aliquem effectum habitura sit, quem illius naturæ a principio implantauit.



AD CAPVT TERTIVM.

Et quoniam abscondita est gloria nominis eius &c.

ID clarius supra explicatur in Zohar sect. post mortem. col. 128.

תנינן שמא קדישא סתים וגליא: ואורייתאדהיא שמא קדישא עלאה סתים וגליא. וכל קרא דבאורייתא וכל פרשתא דאורייתא סתים וגליא.

id est Discimus nomen sanctum esse occultum & apertum: lex item, quæ est nomen sanctum superius, est occulta & aperta: & omnis versus legis, & omnis sectio legis sunt occulte & aperte.

Discimus Deum esse occulte & aperte.

ELeganter exclamat autor examinis mundi :

ואיך יעלם מציאותך עם גודל פרסום פלאי מעשיך והגלותם·ואם תכלית הראותם מחייב לנו העלמם לקצורינו לא בכל זאת נחדל להכיר גדלך כי חזק הסתרו יעיד עליו למקצרים כמו שיגלהו חוזק הראותו למשיגים כמו העטלף אשר אור יקרות לא באתה עינו לחולשת כחו וחושו והוא בהכרח מצייר חוזקו ניצוץ השמש אחרי היותו בורח ממנו כמו שיציירהו הנשר צינב אמיתי ברוב התקרבו אליו להתענג בזיוו ואם שני מיני הציור אין ביניהם הדמות.

id est Verum qua ratione occulta est natura tua Deus, quandoquidem mirabilia opera tua adeo publica sunt & aperta? Quod si quantumuis perfecte illa contemplemur, cogimur fateri ea latere propter tenuitatem nostram: nihilominus tamen ideo magnificentiam tuam non ignoramus. Quod enim tantopere sit abscondita, id argumentum illius &

iudicium est imbecillibus: vt è contra splendore aspectus sui patet & aperta est iis qui capere possunt. Quemadmodum vespertilio, cuius oculi propter imbecillitatem potentiæ sensitiuæ nobilissimum lumen ferre non possunt, necessario fingit in se vim scintillantium solis radiorum, quos fugit. Vt aquila vere exprimit propius accedendo ad solem, cuius splendore recreatur: quamuis hæ duæ cognitionum species inter se omnino differant. Quomodo vero Deus dicatur occultus & apertus, explicat Hermes Trismegistus: οὐδὲν ἐστιν ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, ὃ οὐκ ἔστιν αὐτός· ἔστι καὶ τὰ ὄντα καὶ τὰ μὴ ὄντα. τὰ μὲν γὰρ ὄντα ἐφανέρωσε, τὰ δὲ μὴ ὄντα ἔχει ἐν ἑαυτῷ. οὗτος ὁ ἀφανής, οὗτος ὁ φανερώτατος. id est nihil est in vniuerso mundo, quod non sit ipse. Est ipse entia & non entia. Entia quidem manifestauit, non entia vero habet in se: hic immanifestus est, hic manifestissimus. Quæ Hermes vocat non entia, Plato vocat in Phædone: τὰ κατὰ ταῦτα ἔχοντα, ἃ οὐκ ἔστιν ὅτῳ ποτ' ἂν ἄλλῳ ἐπιλάβοιο, ἢ τῷ τῆς διανοίας λογισμῷ: id est eodem modo se

habentia, quæ non alia vlla ratione, quam mentis ratiocinatione comprehenderis. In Timæo ὡς παραδείγματος εἶδος, ὑποτεθὲν νοητὸν, καὶ ἀεὶ κατὰ ταῦτα ὄν. id est tanquam exemplarem formam, propositam intelligibilem, & quæ eodem semper modo se habet. Vno nomine ἀειδῆ vocat inconspicabilia. Quæ vero Hermes entia dixit, Plato in Phædone dicit: τὰ μηδέποτε κατὰ ταῦτα ἔχοντα. οὐκοῦν, inquit, τούτων μὲν κἂν ἅψαιο, κἂν ἴδοις, κἂν ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσιν αἴσθοιο. id est quæ nunquam eodem modo habent: Hæc igitur vel tactu, vel visu, vel aliquo alio sensu perceperis. In Timæo vocat μίμημα παραδείγματος, γένεσιν ἔχον. exemplaris imitationem, & genita illa dicit, vno verbo ὁρατὰ Conspicabilia. Itaque secundum Conspicabilia Deus dicitur manifestus, secundum Inconspicabilia dicitur occultus. Vnde duplex Dei statuitur vita apud Proclum in Platonis Theologiam lib 5. cap. 7. & 9. Saturnia, & Iouia. Saturnia est obscura & intellectualis actio, quæ versatur circa inconspicabilia, diciturque proui-

dentia,

dentia, & à Platone Mens.

Iouia est rerum vniuersarum opifex mens, quæ versatur circa conspicabilia; dum fertur in secunda; & consistit in manifesta rerum productione. Dicitur fatum, & à Platone necessitas. Ita dicit in Timæo μεμιγμένη γὰρ οὖν ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις ἐξ ἀνάγκης τε καὶ νοῦ συστάσεως ἐγεννήθη: id est, Mixta enim fuit hæc mundi creatio, ex necessitatis nimirum & intelligentiæ coniunctione mundus est genitus. Quum igitur mens, intelligentiaque opificis necessitate superior illi imperaret, eamque induceret, vt quamplurima eorum quæ fiunt ad optimum quemdam statum adducerentur; In hunc omnino modum necessitate sapienti illius mentis imperio cedente, initio constitutum est hoc vniuersum. Quamquam Plotinus aliter explicet necessitatem & mentem. Per necessitatem enim intelligit materiam primam, per mentem vero formam. Ennead. 1. lib. 8. cap. 7. μεμιγμένη γάρ οὖν ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου φύσις, ἔκ τε νοῦ καὶ ἀνάγκης. καὶ ὅσα παρὰ θεοῦ εἰς αὐτὸν ἥκει, ἀγαθά: τὰ δέ κακὰ, ἐκ τῆς ἀρχαίας φύ-

σεως, τὴν ὕλην λέγω, τὴν ὑποκειμένην, οὔπω κοσμηθεῖσαν, εἰ θεῷτο. id est, Mixta est igitur huius mundi natura ex necessitate atque mente. Sane quæcumque in hunc mundum à Deo proueniunt, bona sunt: mala vero ex antiqua natura, subiectam dico materiam nondum exornatam, si modo in eo gradu cōspiceretur. Etenim, inquit, cap. 5. Quod penitus deficit, qualis est materia, hoc reuera malum est, nullam boni possidens portionem. Materia sane neque esse habet, cuius munere bonum habere potuerit, sed esse de ipsa æquiuoce dicitur, vt vere dici possit non esse. Constat igitur vniuersum, infert Marsilius, ex mente id est actu formali, qui sane est in diuinæ mentis voto præcipuum, mentisque imago: Itemque ex necessitate id est materia, quæ non tam intentione propria, quam necessaria quadam conditione ad hoc opus accipitur sub forma succumbens.

Lex occulte & aperte.

LEgis vnio cum summo opifice est occulta: secundum legem diuisio aperta est ait Proclus in Theologiam Platonis lib. 5. cap. 9. διὸ δὴ καὶ ὁ δημιουργὸς πρὸς τοῦτον βλέπων, κατὰ νόμον ἄγει τὰ πάντα, καὶ τῆς μὲν ἑνώσεως τῆς τοῦ πατρὸς εἰκόνα τὴν ἐγκόσμιον ὑφίστησι πρόνοιαν: τῆς δὲ κατὰ τὸν νόμον διαιρέσεως τὴν εἱμαρμένην, καὶ τοὺς εἱμαρμένης νόμους. id est, Quamobrem etiam ille rerum opifex ad istam legem spectans, omnia secundum legem agit, & regit: & illius quidem vnionis cum ipso patre imaginem constituit ipsam prouidentiam in mundo versantem (hæc est via occulta.) Illius vero diuisionis, quæ secundum legem fit, ipsum fatum, & ipsis fatales leges: (hæc est via aperta.) Aliam lib. primo cap. vltimo affert rationem cur lex occulta, & aperta dicatur, aperta est, inquit, quoad verba: occulta quoad id quod significatur. ἕκαστον γὰρ ὄνομα καθάπερ ἄγαλμα τ

θεῶν ἀπογεννᾷ. καὶ ὥσπερ ἡ θεουργία διά δή τινων συμβόλων εἰς τὴν τῶν τεχνητῶν ἀγαλμάτων ἔλλαμψιν προκαλεῖται τὴν τῶν Θεῶν ἄφθονον ἀγαθότητα: κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ νοερὰ τῶν Θεῶν ἐπιστήμη συνθέσεσι καὶ διαιρέσεσι τῶν ἤχων ἐμφαίνει τὴν ἀποκεκρυμμένην οὐσίαν τῶν θεῶν. id est nam vnumquodque nomen quasi quoddam simulachrum deorum procreat, & quemadmodum Theurgia per quædam signa in statuarum ab artificibus factarum illuminationem prouocat, & allicit ipsorum deorum inuidia carentem bonitatem. Eodem etiam modo intellectualis rerum diuinarum scientia, per compositiones & diuisiones sonorum significat & ostendit occultam deorum essentiam.

Israël occulte & aperte.

QVod de Israële dicunt Iudæi; de animabus rationalibus asserunt Platonici. Proclus in Theologiam Platonis lib. 5. cap. 7. αἱ δὲ νοεραὶ ψυχαὶ

ποτὲ μὲν νοερῶς ἐνεργοῦσι, καὶ τῷ Κρόνῳ καθιεροῦσιν ἑαυτὰς, ποτὲ δὲ διίως, καὶ τὴν τῶν δευτέρων ἄσχετον ποιοῦνται θεραπείαν. ἐπειδὰν δὲ περιπολῶσιν ἀνάλογον ἐκείνοις, τά τε νοητὰ νοοῦσι, καὶ τὰ αἰσθητὰ διακοσμοῦσι, καὶ ζῶσιν ἀμφοτέρας τὰς ζωὰς ὥσπερ οἱ θεοὶ, id est Animæ vero mentales, modo quidem intellectualiter agunt, & saturno se ipsas consecrant, modo vero Iouie, & secundorum certam curam prouide gerunt. Cum autem circumcirca versantur eodem modo, quo illi, nempe Dii; tunc & ipsa mentalia, siue inconspicabilia percipiunt, & sensibilia, siue conspicabilia disponunt & exornant, & vtramque vitam viuunt, vt & Dii: scilicet saturniam, seu occultam, & Iouiam seu manifestam. Capite nono sic habet. *καὶ λοίπου αἱ ψυχαὶ κατὰ νόμον ζῶσιν: ἐν μὲν τῇ διίᾳ περιόδῳ κατὰ τοὺς εἱμαρμένης νόμους διοικούμεναι; ἐν δὲ τῇ Κρονίᾳ κατὰ τὸν θεῖον νόμον διεξαγόμεναι τῷ πλήθει δουλεύουσιν.* Quamobrem animæ secundum legem viuunt: in Iouia quidem periodo secundum fatales leges gubernatæ: in saturnia vero secundum diuinam legem tra-

ductæ multitudini seruiunt.

Et Iudicia sua Israël.

SVbiunge ex Zohar דאיהו בדרגא עלאה יתיר וכתיב ולא יקרא עוד שמך יעקב. Israëli id est in gradu superiori constituto quomodo scriptum est Gen. 35. v. 10. & non vocabitur amplius nomen tuum Iacob; sed Israël.

Et hoc signum vocatur pactum.

ID est circumcisio, quæ tanti est momenti, inquiunt Iudæi, vt, si eam Deus mundo non tradidisset, nunquam mundum produxisset, vt legitur in libro. Pomum & flos: גדולה מילה שאלמלא היא : לא ברא הקדוש ברוך הוא את עולמו: id est magna res est circumcisio, nam absque illa non creasset Deus benedictus mundum suum, & in hunc sensum detorquent illud Ier. 33. v. 25. אם לא בריתי יומם ולילה חוקות שמים וארץ לא שמתי

Abſque pacto meo, inquiunt, diem & noctem, leges cœlo & terræ non poſui. Præterea dicunt illam æquiualere omnibus præceptis iuxta illud Exod. 24 v. 8. Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum על כל הדברים ſuper omnibus verbis, id eſt, vt aiunt, vice omnium verborum.



AD CAPVT QVARTVM.

Quando vult Deus creare hominem ſtatuit coram ſe figuram eius &c.



Trum animæ certum & determinatum habeant tempus, quo in corpora ſint delapſuræ: vel vtrum tunc temporis tantum diſponantur, quum corpus eſt paratum? diuerſæ ſunt ſententiæ. Platonici cenſent animas certo & determinato tempore

debere in corpora demitti. Plotinus Ennead. 4. lib. 3. cap. 13. καὶ ἄλλος ἄλλῃ χρόνος, οὗ παραγενομένου, οἷον κήρυκος καλοῦντος κατίασι, καὶ εἰσέδυ εἰς τὸ πρότερον πρόσφορον σῶμα. id eſt Stat ſua cuique dies, qua denique imminente, quaſi citante præcone labuntur, corpuſque ſibi oblatum, & obuium intrant. Et apud Platonem in Phædro. Dum perfectus eſt animus, & alatus, ſublimis incedit, & per totum mundum peruadit: quum vero alæ ei defluxerint; fertur, donec ſolidum quidpiam comprehenderit: vbi habitaculum nactus, corpus terrenum ſuſcipit, & ipſum illud mouere videtur propter illius potentiam. Rabbini exiſtimant tunc temporis tantum parari animas ad deſcenſum in corpora, quum illa ſunt diſpoſita: in Zohar. In libro. Succus malorum granatorum, & in lib. *Puluis Aromatarius*. Quum in vtero matris fœcundum ſemen receptum eſt, Deus optimus opifex figuram effingit, quemadmodum aurifex non ſine typo ex auro vel argento fuſo ſtatuam format: Illa figura vocatur צלם Embryonis figura,

ſtatim

ſtatim atque propoſuit Deus huius-modi typum, commendat Angelo, qui dicitur leilah, informem ſeminis maſſam, quam in ſexcentas & tredecim partes, ſiue membra diſtribui iubet, vt vnum quodque membrum, vni præcepto reſpondeat (ſunt enim totidem præcepta: 248. affirmatiua; 365. negatiua) Mox angelus ille leilah Deum alloquitur, Iob 3. v. 3. leilah dixit Conceptus eſt homo: petitque a Deo, qualem hominem velit fieri: maſculum, an fœminam? validum, an inualidum? Diuitem, an pauperem? formoſum, an deformem? procerum, an paruum? longæuum, an breuis vitæ? quomodo ſcriptum eſt Pſal. 139. v. 16. גלמי id eſt Embryonem meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes dies ſcripti ſunt. Tunc imperat Deus vni Angelo, vt accerſat talem animam, quæ induta eſt, figura ætherea ſimili ei quæ eſt in embryone, ratione cuius dicitur Ruach. Illa eo habitu ſtat coram Deo quomodo ſcriptum eſt 1. Reg. cap. 17. v. 1. Viuit Dominus in cuius conſpectu ſteti. Sicque oſtendit illi gloriam qua

fruuntur animæ quæ vita pie & ſancte tranſacta ex hoc mundo migrauerunt, vt dicemus ad caput quintum. Quum vero anima in embryonem delabitur: Illa figura embryonis iungitur animæ medio ſpiritu quodam corporeo, cui vnitur; vnde dicitur anima Nepheſch, quæ vitam toti corpori communicat recipiendo alium ſpiritum æthereum & viuificum, ſiue figuram ſimilem ei quæ eſt in Embryone; ratione cuius anima dicitur Ruach: vt poſtea explicabimus ad caput 13. & ad caput 15. Huiuſmodi figuræ, vocantur vmbræ, quæ non diſcedunt quamdiu viuit homo. Cant. Cant. 2. v. 17. Donec ſpiret dies & fugerint vmbræ. Quomodo ſcriptum eſt Pſal. 39. v. 7. Verumtamen in figura pertranſit homo. Sed de his poſtea fuſius. At vero figura quæ eſt ſpiritus viuificus, quemadmodum antecedit hominis formationem, ſic etiam eiuſdem præuenit mortem. Triginta enim ante mortem diebus per ſingulas noctes exit ab homine vna cum Neſchamah, vt videat locum ſuum in alio mundo, deinde redit vſque ad diem mortis;

Quod tamen ab homine non aduertitur: nec enim poteſt tunc temporis illi dominari vt antea, quomodo ſcriptum eſt Eccleſiaſt. 8. v. 8. Non eſt in hominis poteſtate cohibere Spiritum, nec habet poteſtatem in die mortis. Per illos triginta dies editur ſuper illo diſceſſu ſpiritus è corpore clamor in mundo, etiam in horto Eden, ſi ſit iuſtus. Ipſæ aues proclamant

ואפילו צפרי שמיא מכריזין עלוהי.

Huc refer quod recitat Plinius lib. 7. cap. 52. contigiſſe Hermotimo Clazomenio, cuius anima è corpore ad libitum egrediebatur, & peruagatis longinquis regionibus, multiſque auditis, iterum ingrediebatur corpus, quouſque crematum ab inimicis, qui id animaduerterant, remeanti veluti vagina ademptum fuit.

Quid vero de ea figura ſentiant Platonici videamus: teſte Marſilio Ficino Magi vocant illam vehiculum animæ, æthereum ſcilicet corpuſculum, acceptum ab æthere, immortale animæ indumentum, naturali quidem figura rotundum propter ætheris regionem, ſed in humanam

effigiem se se tranferens, quando corpus humanum ingreditur, atque in priorem se restituens, quum egreditur. De hoc præcipit Zoroaster:

μὴ πνεῦμα μολύνῃς, μηδὲ βαθύνῃς τὸ ἐπίπεδον.

idest Ne fœdes spiritum, neque in profundum exaugeas quod est planum. Spiritum planum appellat ipsum vehiculum, non quia corpus non sit, atque profundum, sed quia propter tenuissimam & splendidam puritatem sit quasi non corpus: neque tamen volunt rationalem animæ partem proxime hærere vehiculo; sed rationalem ipsam animam, quantum & rationalis est, & comes cœlestium animarum, edere actum viuificum in vehiculum: quod animæ Idolum appellatur, & a Platone in Timæo species animæ, mortalis. παραλαβόντες ἀρχὴν ψυχῆς ἀθάνατον, τὸ μετὰ τοῦτο θνητὸν σῶμα αὐτοὶ περιετόρνευσαν. ὄχημά τε ἅπαν τὸ σῶμα ἔδοσαν. ἄλλό τε εἶδος ἐν αὐτῷ ψυχῆς προσῳκοδομοῦντο θνητὸν δεινὰ καὶ ἀναγκαῖα ἐν αὑτῷ παθήματα ἔχον. id est Illi igitur nempe dii accepto immortalis animæ primordio,

deinceps corpus mortale ipſi circumtornarunt, & corpus animæ veluti vehiculum dederunt, atque in eo aliam animæ ſpeciem, nimirum mortalem (quam aëreum vehiculum vocat Proclus) inſuper fabricauerunt, quæ graues & neceſſarias affectiones in ſe ipſa haberet. Illam vero Plato mortalem nuncupat, non quia moriatur aliquando, ſed quia ſubtracto vehiculo rueret, vt quidam putant: Sicut enim ſplendor Lunæ in nube, promit ex ſe pallorem: ſic anima in corpóre illo cæleſti emittit idolum, quaſi ſtella crinita comam, quod euaneſceret, ſi euaneſceret corpus illud; ſicut pallor extinguitur nubibus diſſipatis: Quia tamen vehiculum nunquam ſubtrahetur, Zoróaſter inquit.

ἔϛι καὶ εἰδώλῳ μερὶς ἐς τόπον ἀμφιφάοντα.

Eſt Idolo quoque locus in regione perſpicua: quia ſcilicet cum vehiculo ſimul & anima rationali recurret in cœlum. Inſunt autem huic idolo ſenſus, per quos ſentiuntur ſæpe concentus cœlorum mirabiles, voceſque & corpora dæmonum, quoties aliquis ad tempus terreno

corpore derelicto se se in corpus suum cœleste receperit. Ideoque Tatius Mercurii filius, quum esset paternis sacris, expiationibusque purgatus, illico exclamauit, esse se tunc in corpus immortale translatum, ac intueri mirabilia, & audire. Quod & ipse Mercurius narrat sibi quoque paulo ante in abstractione animi contigisse. Olympiodorus quoque Platonicus tradit Apollonium Thyanæum hac ratione solitum prospicere ex vrbe Roma, quæ fiebant in Ægypto.

Quod diximus vehiculum animæ, quidam vocant cœlestem spiritum, stellæ similitudinem seruantem. Ideo docent Platonem in 10. de repub. dixisse animam ex letheo campo ascendere ad generationem, tamquam stellam. Quod vero idolum nuncupauimus, Alii dicunt nihil aliud esse, nisi sanguinem tenuem, vel spiritum per nostra corpora diffusum. Et quoniam huiusmodi spiritus insequitur conditionem temperamenti humani corporis; ideo ratione dominantis, modo aqueus, modo aëreus, modo igneus nuncupatur: & huiusmodi vehiculum ex

elementorum sphæris Dii secundi, siue cœlestia corpora conficiunt. Hoc recipit anima mortale corpus subitura: & deseit, in æthereamm regionem reuersura: cum eo tamen in hoc mundo mortali versari potest; adeo vt, per illud nonnunquam conspiciatur, & apud inferos det pœnas suorum delictorum: quo secundo vehiculo sphærarum animas non egere tradunt, immo nec animas hominum eleuatas in cœlum. Duplex hoc vehiculum eleganter simul & docte expressit Virgilius 6. Æneidos, inquiens.

Donec longa dies, perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Æthereum sensum, atque auræ simplicis ignem.

Tertium addunt vehiculum, terrenum hoc & crassum corpus iuxta Platonis verba in Timæo, quæ proxime retulimus. In Phædro vehiculum ostreaceum nuncupatur. De his tribus vehiculis ita decernunt, vt anima in ostreaceo per breue tempus habitet; in aëreo per

multa sæcula, in æthereo, siue igneo mox per omnia. Quartum addit Simplicius imaginatiuum & sensitiuum, quod nuncupat diuinum animæ nostræ vehiculum.

Ibi in vno receptaculo.

SCiendum est apud Iudæos animas à solio gloriæ oriundas diuersa sortiri receptacula habita ratione differentiæ ipsarum. Quemadmodum enim, inquiunt, Deus in inferiori mundo terram Israëlitis distribuit; sic etiam existimare debemus in superiori mundo, illorum animabus loca certa & distincta concessisse. At vero vna eademque anima diuersa sortitur receptacula secundum duas potentias intellectiuam, quæ Neschamah dicitur, & Irascibilem, quæ Ruach. Iuxta illud Zohar sect. Oblationem capiant Exod. 25. v. 1. col. 252. ולעולם רוח לא שריא אלא בגנתא דעדן ונשמה לעילא id est Nunquam residet Ruach nisi in horto Eden, Neschamah vero nisi sursum.

ſum. Duæ illæ potentiæ ſunt immortales in libro, ſuccus malorum granatorū. רוחו ונשמתו לעולם לא יאבדו ולא יכרתו מכל וכל. id eſt Ruach & Neſchamah hominis non peribunt, neque excindentur vllo modo. ſuntque adiunctæ animæ a principio creationis eius; in Zohar ſect. & Vixit Iacob Gen. 47. v. 28. col. 494. כל אינון נשמתין דהוו מיומא דאתברי עלמא כלהו קיימין קמיה דקודשא בריך הוא עד לא יחתון לעלמא בההוא דיוקנא ממש דקיימי בהאי עלמא ומתחזון לבתר בעלמא. id eſt Omnes animæ quæ ſunt a die creationis mundi, omnes ſtant coram Deo benedicto antequam delabantur in mundum ea præciſe figura, qua ſtabunt in mundo, quia poſtea conſpicientur in mundo. Quum ſint differentes, diuerſa etiam ſortiri receptacula conſentaneum videtur. Secundum vero potentiam Concupiſcibilem, itemque vegetatiuam, quæ Nepheſch vocatur, non ſortitur animæ receptaculum, quia non recipit illam niſi in corpore. Vtrumque autem receptaculum Neſchamah & Ruach vocant חק ſtatutum, & taberna-

culum pacis iuxta illud Gen. 15. v. 15. Tu autem ibis ad patres tuos in pace. Proprie tamen receptaculum Neschamot statuitur sub solio gloriæ & dicitur fasciculus viuentium. At vero receptaculum Ruchot est in horto Eden terrestri, vocatur que collis inferior iuxta illud Zohar sectione oblationem capiant quod supra retulimus: Nunquam residet Ruach nisi in horto Eden: Neschamah vero nisi sursum. In vtrisque diuino vacant cultui: Sub solio gloriæ speculationi abstractæ vacantes. In paradiso terrestri informatæ speciebus huius & superioris mundi, donec tandem in corpus sint delapsuræ: tunc Neschamah anima superior & intellectiua descendet è receptaculo suo, & adiunget se Ty Ruach siue potentiæ Irascibili, vt totum paradisum terrestrem percurrendo & contemplando gloriam, qua ibi fruuntur Ruchot quæ bene transacta vita è corporibus migrauerunt, actum erga bonum vel malum producat.

Vocat præfectum.

EXiſtimant Rabbini cum animabus vna creatos eſſe Angelos, qui earum curam habeant Pſal. 91. v. 11. Quoniam angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis; eoſque ideo malis noſtris condolere dicunt, eo detorquentes verſum 18. cap. 57. Eſa. & reddidi conſolationes ipſi, & lugentibus eius, vt ſcriptum eſt in libro ſuccus malorum granatorum. מפני שהם יהיו נאצלים באצילות נשמתו id eſt quia emanatio angelorum coniuncta eſt cum emanatione animæ hominis. Duos autem vnicuique tribuunt angelos iuxta illud Deut. 30. v. 15. Dedi coram te bonum & malum, καλὸν καὶ κακὸν δαίμονα vocat Empedocles vnum quidem a dextra ſiue a gradu miſericordiæ, qui hominem ad virtutem ipſius amore excitet: alterum a ſiniſtra, ſiue a gradu timoris, qui ipſum variis tentationibus probet. Hunc vocant angelum fomitis mali,

alium, angelum fomitis boni, quem etiam nuncupāt שלום pax. Vnde 1. Sam. cap. 1. v. 17. Vade לשלום in pace; id est adiunge te Angelo fomitis boni. Sic te iuuet Angelus custos dictus שלום pax.

Chalcidius vero in Timæū Platonis docet opificē Deū Dæmonas ante instituisse, quam nostras animas creauerit; quodque has indigere auxilio Dæmonum, his voluerit illos præbere tutelam. Sicque definit Dæmonas. Dæmon est animal rationale, immortale, patibile, æthereum, diligentiam hominibus impertiens propter Dei voluntatem, qui custodes dedit. Plato 4. de legibus docet Angelos, siue dæmonas vt præstantioris speciei præfectos esse animabus. Hominum Deus cœtibus regendis, non homines, inquit, sed diuinioris, præstantiorisque generis Dæmones præfecit. Quemadmodum etiam modo nos in ouium, cæterarumque cicuratum animantium gregibus regendis facere solemus: non enim boues bobus, nec capras capris præficimus, sed nos ipsis genus melius, atque præstantius illis dominamur. Eodem

modo Deus generis humani amans dæmonum genus genere nostro præstantius nobis præfecit. Et in sophista dicit Hospitalem sese hominibus adiungere comitem, vt iniurias, æquasue hominum gubernationes inspiciat.

Vt ad sui contemplationem animum appellat.

SVbiũge ex Zohar ולמנדע ברזא דמיהמנותא id est & cognoscat per mysterium fidei quomodo scriptum est Deut. 4. v. 35. Vidisti, vt scires, quoniam dominus ipse est Deus, & non est alius præter eum.

Per mille & octo mundos.

CEnsent Platonici animas in qualibet sphæra ad certum tempus vitam agere illi sphæræ conuenientem: sortiri enim a Sphæris singulis vehicula propria, ac tandem post multa sæcula ad

elementa deſcendere. Plotinus Ennead. 4. lib. 3. cap. 13. procedunt, inquit, animæ a mundo intelligibili declinantes; primo quidem in cœlum, ibique corpus accipientes, per ipſum iam in corpora magis terrena labuntur, quatenus progrediũtur in longum. Quomodo etiam poſt mortem ad eam præcipue ſphæram, vel aſtrum accedere dicunt, cui conformes fuerunt in hoc mundo. Sic Plotinus Ennead. 3. lib. 4. cap. 6. χρὴ γὰρ οἴεσθαι, inquit, καὶ κόσμον εἶναι ἐν ψυχῇ ἡμῶν, μὴ μόνον νοητὸν, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς τῆς κόσμου ὁμοειδῆ διάθεσιν: νενεμημένης οὖν καὶ ἐκείνης εἴς τε τὴν ἀπλανῆ, καὶ τὰς πλανωμένας, κατὰ δυνάμεις διαφόρους, ὁμοειδεῖς ταύταις τὰς δυνάμεσι, καὶ τὰς παρ' ἡμῖν εἶναι, καὶ ἐνέργειαν εἶναι παρ' ἑκάστης, καὶ ἀπαλλαγείσας, ἐκεῖ γίνεσθαι πρὸς ἄστρον τὸ σύμφωνον τῷ ἐνεργήσαντι καὶ ζήσαντι ἤθει, καὶ δυνάμει. id eſt Putandum eſt in anima noſtra eſſe mundum, non tantum intelligibilem; ſed etiam diſpoſitionem quandam ipſi animæ mundi conformem. Quum igitur illa in ſphæram inerraticam, atque etiam erraticas ſecundum vires differentes

diſtributa ſit; nimirum & nobis vires ineſſe viribus illius conformes, & a ſingulis viribus actiones proprias emanare: tum vero animas, quæ hinc illuc abierunt, ad ſtellam accedere conuenientem potiſſimum mori atque potentiæ, quibus in viuendo atque operando maxime vſi ſunt. Ita dicuntur animæ deſcendere per Cancrum, & aſcendere per Capricornum. Quod aliqui ſic interpretantur. Deſcendunt animæ per Cancrum: quia Cancer eſt domicilium Lunæ, quæ generationi deſtinata eſt (in Cancro enim Luna fortior reddita ſuas maxime vires exercet.) Aſcendunt per Capricornum, quia Capricornus eſt domicilium ſaturni, & contemplationis, per quam anima eleuatur in cœlum. Inſuper deſcendunt per Cancrum; quia Cancer ſuo retrogrado motu ſignificat regreſſum a perfectione, & lapſum ad deterius: Aſcendunt per Capricornum; quoniam eſt animal, quod ſua natura, & cornu ſuperna petit.

Vt oblectentur in iis videndo &c.

ITa dixit Plato Deum animas suis imponere vehiculis, ac vniuersi naturam, legesque edocere. In Timæo. Toto igitur inquit, omnino constituto, syderibus parem numerum distribuit animorum, & singulos adiunxit ad singula, atque ita quasi in currum vniuersitatis imposuit, commonstrauitque leges fatales, ac necessarias: & ostendit primum ortum fore vnum omnibus, ne quis ab ipso imminueretur: satis autem, & quasi sparsis animis, fore; vti certis temporum interuallis oriretur animal, quod esset ad Dei cultum aptissimum, religiosissimum, & pietati deditissimum: &c. Enimvero animas scientia esse præditas antequam delabantur in corpora certum est apud Platonicos. Si enim, inquiunt, præexistant animæ, sci[illegible]
nas esse, & c[illegible]
gibili[illegible]

heum eſt. Plato in Menone ſic probat. Interrogando puerum Menonis, facit, vt ſecum rem geometricam comperiat, non quaſi, inquit, ipſe id doceat, ſed tantum interrogando præeat, vt ipſe ex ſe ipſo ſcientiam illam percipiat; reuocatam videlicet interrogationum ductu, & commonſtratione. Illam vero, ait, ſcientiam, quam nunc hic habet, nonne aut aliquando accepit, aut ſemper habuit? Nonne ſi ſcientiam illam ſemper habuit, ſemper quoque ſciens fuit? Quod ſi aliquando eam accepit, non in hac quidem vita illam accepit: quis enim puerum illum docuit geometriam? Concludit. Eæ igitur opiniones quas quis ignorat, in ipſius illius, qui eas ignorat, animo inſunt, & veræ quidem illæ de iis ipſis rebus quas ignorat: & nunc quidem veluti per inſomnium excitatæ ſunt illæ ipſæ opiniones. Quod ſi quis illum interro[illegible] de iiſdem ipſis rebus, & ſæpe & [illegible] do, [illegible] to illum tandem [illegible] n a [illegible] exquiſitaque ill[illegible] ace[illegible] dicunt He- [illegible] ch antequam

descendat in corpus habere lucernam: quam adhuc seruat in vtero matris. In libro. Pulius Aromatarius.

נר דלוק על ראשו ומביט ורואה מסוף העולם ועד סופו.

id est. Est Lucerna accensa in capite eius; qua respicit a fine ad finem mundi. Quum vero in mundũ prodit נכבה לו הנר extinguitur illi lucerna: moxque rerum omnium quas vidit, succedit obliuio. Cuius causam explicat Plato in Phædro. Omnis animus hominis, quemadmodum dictum est, res ipsas reuera contemplatus est (alioqui in hoc animal minime venisset) recordari vero earum ex his quæ hic sunt, non est facile cuilibet animo: tum quia hi breue tempus inspexerunt res illas, tum quia illi huc illapsi, infœlicitate obuoluti sunt: tum quia alii in prauas consuetudines conuersi, sacrorum quæ aliquando conspexerant, obliuionem sibi induxerunt. Quamobrem pauci restant, quibus satis memoriæ supersit. Hi vero quum earum rerum, quas ibi inspexerant, similitudinem hic vident, obstupescunt, & quasi

extra se sunt, quia οὐκ ἔνεστι φέγγος οὐδὲν ἐν τοῖς τῇδε ὁμοιώμασιν: non inest lux in his imaginibus quas in his terris intuemur: sed per obscura quædam instrumenta ipsorum pauci, & ægrè quidem ad illas imagines ita accedunt, vt eius quod imagine illa repræsentatum est genus contemplentur. Plotinus Ennead. 5. lib. 1. cap. 1. Quidnam in causa est, inquit, vt animæ, quæ diuinæ sortis sunt, tamen Dei patris obliuiscantur, ignorantes & se ipsas, & illum? principium igitur mali est animis, audacia, generatio, & prima diuersitas πρώτη ἑτερότης, & quia volunt sui iuris esse: postquam igitur libertate hac, siue licentia delectari cœperunt fretæ plurimum suo quodam ex se ipsis mouendi munere, iter contrarium incuntes, factæque remotissimæ, se ipsas illinc exortas esse prorsus ignorant, velut pueri statim nati a parentibus segregati, proculque diutius educati, & se & parentes ignorant.



AD CAPVT QVINTVM.

ANtequam disseramus de descensu Neschamot in hortum Eden & Gehennam; & quomodo Ruchot per totum hortum Eden & Gehennam deducantur; præmittenda nobis videtur eorum locorum descriptio.

De Horto Eden.

IN libro. Anima sapientiæ R. Mosis filius Schemtof Hortum Eden, quem vocat mundum animarum diuidit in hortum Eden superiorem, & in hortum Eden inferiorem. Hortus Eden superior vocatur sanctum sanctorum, de quo dicitur Esa. 64. v. 4. Oculus non vidit Deus præter te, quæ præparasti expectantibus te: dicitur & collis superior, mons

de quo Psal. 23. v. 3. Quis ascendet in montem Domini? Cant. Cant. 4. v. 6. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris: & Psal. 120. Leuaui oculos meos ad montes, vnde veniet auxilium mihi. Huic monti respondet Ierusalem, de qua dicitur Psal. 124. v. 1. Qui confidunt in domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum qui habitat in Ierusalem: montes in circuitu eius. Hortus Eden inferior dicitur locus sanctus Psal. 23. v. 3. Aut quis stabit in loco sancto eius? Estque receptaculum animarum indutarum suo vehiculo: Ruchot. De vtroque scriptum est Psal. 117. v. 19. & 20. Aperite mihi portas Iustitiæ, ingressus in eas confitebor domino: Hæc est porta domini, Iusti intrabunt in eam.

33 Hortum Eden inferiorem siue terrestrem dicunt esse situm in Oriente. In eo quinque palatia describuntur, vt legimus in libro Cedri libani Medrasch Conen. Primum palatium respondet primæ portæ: est ex vitro splendido: trabes sunt cedrinæ: estque palatium proselytorum, quibus præfectus est Oba-

dias propheta, vt eos doceat legem. Palatium secundum patentem portam habet, estque ex argento puro: trabes sunt cedrinæ. Illud est palatium eorum qui pœnitentiam egerunt, suntque purgati a vitiis, sicut argentum a scoriis, quibus præfectus est Menasseh filius Ezechiæ. Tertium palatium est ex auro & argento, & omni genere gemmarum, omnibusque deliciis abundat: In cuius medio est arbor vitæ Gen. 2. v. 9. Arbor etiam vitæ in medio paradisi: versantur sub vmbra eius Abraham, Isaac, & Iacob, & Iusti Israëlitæ eo quisque secundum tribum suam aggregantur, ante tamen bene abluti balsamo: Præfecti sunt illis Moses & Aaron: perfectissimi eorum per arborem vitæ sursum ad locum Neschamot sub solio gloriæ ascendunt & descendunt iuxta mysterium scalæ, quam vidit Iacob: est etiam ille locus proselytorum Iustitiæ. In extremis & remotioribus palatii illius angulis versantur leuitæ, qui non perfecte functi sunt officio suo, ibique pudore suffusi expectant aduentum Eliæ quomodo dicitur Malach.

5. v. 3. & purgabit filios leui. Palatium quartum habet trabes oleaginas. In eo sunt Israëlitæ, qui multa & grauia passi sunt in hoc mundo propter nomen Domini, qui tamquam oleæ compressi & coarctati sunt in hoc mundo; in paradiso vero velut oleum splendent. Palatium quintum est ex Iaspide & Onyche, aliisque pretiosis lapidibus insitis auro obrizo: ambitur fluuiis balsami, ornaturque arboribus odoriferis: ad ostium fluit Gichon. Hic est sedes Messiæ filii Dauid, Eliæ, & Messiæ filii Ephraïm, qui in Zohar dicitur filius Ioseph. Ibi est thalamus cedrinus ad instar tabernaculi, quod fecit Moses in deserto: columnæ eius sunt argenteæ, reclinatorium aureum, stragula purpurea quomodo describitur Cant. Cant. 3. v. 10. In eo recumbit Messias filius Dauid, qui diligit Ierusalem, de quo dictum est: Charitate constrauit propter filias Ierusalem: caput eius sinu suo fouet Elias consolando eum plagis confossum propter peccata Israël, vt scriptum est Esa. 53. v. 5. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras,

elementa descendere. Plotinus Ennead. 4. lib. 3. cap. 13. procedunt, inquit, animæ a mundo intelligibili declinantes, primo quidem in cœlum, ibique corpus accipientes, per ipsum iam in corpora magis terrena labuntur, quatenus progrediũtur in longum. Quomodo etiam post mortem ad eam præcipue sphæram, vel astrum accedere dicunt, cui conformes fuerunt in hoc mundo. Sic Plotinus Ennead. 3. lib. 4. cap. 6. χρὴ γὰρ οἴεσθαι, inquit, καὶ κόσμον εἶναι ἐν ψυχῇ ἡμῶν, μὴ μόνον νοητὸν, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς τῆς κόσμου ὁμοειδῆ διάθεσιν: νενεμημένης οὖν καὶ ἐκείνης εἴς τε τὴν ἀπλανῆ, καὶ τὰς πλανωμένας, κατὰ δυνάμεις διαφόρους, ὁμοειδεῖς ταύταις τὰς δυνάμεσι, καὶ τὰς παρ' ἡμῖν εἶναι, καὶ ἐνέργειαν εἶναι παρ' ἑκάστης, καὶ ἀπαλλαγείσας, ἐκεῖ γίνεσθαι πρὸς ἄστρον τὸ σύμφωνον τῷ ἐνεργήσαντι καὶ ζήσαντι ἤθει, καὶ δυνάμει. id est Putandum est in anima nostra esse mundum, non tantum intelligibilem, sed etiam dispositionem quandam ipsi animæ mundi conformem. Quum igitur illa in sphæram inerraticam, atque etiam erraticas secundum vires differentes

distributa sit; nimirum & nobis vires inesse viribus illius conformes, & a singulis viribus actiones proprias emanare: tum vero animas, quæ hinc illuc abierunt, ad stellam accedere conuenientem potissimum moribus atque potentiæ, quibus in viuendo atque operando maxime vsi sumus. Ita dicuntur animæ descendere per Cancrum, & ascendere per Capricornum. Quod aliqui sic interpretantur. Descendunt animæ per Cancrum: quia Cancer est domicilium Lunæ, quæ generationi destinata est (in Cancro enim Luna fortior reddita suas maxime vires exercet.) Ascendunt per Capricornum, quia Capricornus est domicilium saturni, & contemplationis, per quam anima eleuatur in cœlum. Insuper descendunt per Cancrum; quia Cancer suo retrogrado motu significat regressum a perfectione, & lapsum ad deterius: Ascendunt per Capricornum; quoniam est animal, quod sua natura, & cornu superna petit.

Vt oblectentur in iis videndo &c.

ITa dixit Plato Deum animas suis imponere vehiculis, ac vniuersi naturam, legesque edocere. In Timæo. Toto igitur inquit, omnino constituto, syderibus parem numerum distribuit animorum, & singulos adiunxit ad singula, atque ita quasi in currum vniuersitatis imposuit, commonstrauitque leges fatales, ac necessarias: & ostendit primum ortum fore vnum omnibus, ne quis ab ipso imminueretur: satis autem, & quasi sparsis animis, fore, vti certis temporum interuallis oriretur animal, quod esset ad Dei cultum aptissimum, religiosissimum, & pietati deditissimum: &c. Enimvero animas scientia esse præditas antequam delabantur in corpora certum est apud Platonicos. Si enim, inquiunt, præexistant animæ, scientiis refertas & plenas esse, & omnium in se habere intelligibilium species, & rationes consentaneum

heum est. Plato in Menone sic probat. Interrogando puerum Menonis, facit, vt secum rem geometricam comperiat, non quasi, inquit, ipse id doceat, sed tantum interrogando præeat, vt ipse ex se ipso scientiam illam percipiat; reuocatam videlicet interrogationum ductu, & commonstratione. Illam vero, ait, scientiam, quam nunc hic habet, nonne aut aliquando accepit, aut semper habuit? Nonne si scientiam illam semper habuit, semper quoque sciens fuit? Quod si aliquando eam accepit, non in hac quidem vita illam accepit: quis enim puerum illum docuit geometriam? Concludit. Eæ igitur opiniones quas quis ignorat, in ipsius illius, qui eas ignorat, animo insunt, & veræ quidem illæ de iis ipsis rebus quas ignorat: & nunc quidem veluti per insomnium excitatæ sunt illæ ipsæ opiniones. Quod si quis illum interrogauerit de iisdem ipsis rebus, & sæpe & vario modo, ita habeto illum tandem nemini in accurata, exquisitaque illarum peritia cessurum. Ita dicunt Hebræi animam etiam Ruach antequam

descendat in corpus habere lucernam: quam adhuc seruat in vtero matris. In libro. Fulius Aromatarius.

נר דלוק על ראשו ומביט ורואה מסוף העולם ועד סופו.

id est. Est Lucerna accensa in capite eius; qua respicit a fine ad finem mundi. Quum vero in mundum prodit נכבה לו הנר extinguitur illi lucerna: moxque rerum omnium quas vidit, succedit obliuio. Cuius causam explicat Plato in Phædro. Omnis animus hominis, quemadmodum dictum est, res ipsas reuera contemplatus est (alioqui in hoc animal minime venisset) recordari vero earum ex his quæ hic sunt, non est facile cuilibet animo: tum quia hi breue tempus inspexerunt res illas, tum quia illi huc illapsi, infœlicitate obuoluti sunt: tum quia alii in prauas consuetudines conuersi, sacrorum quæ aliquando conspexerant, obliuionem sibi induxerunt. Quamobrem pauci restant, quibus satis memoriæ supersit. Hi vero quum earum rerum, quas ibi inspexerant, similitudinem hic vident, obstupescunt, & quasi

extra se sunt, quia οὐκ ἔνεστι φέγγος οὐδὲν ἐν τοῖς τῇδε ὁμοιώμασιν: non est multa lux in his imaginibus quas in his terris intuemur: sed per obscura quædam instrumenta ipsorum pauci, & ægrè quidem ad illas imagines ita accedunt, vt eius quod imagine illa repræsentatum est genus contemplentur. Plotinus Ennead. 5. lib. 1. cap. 1. Quidnam in causa est, inquit, vt animæ, quæ diuinæ sortis sunt, tamen Dei patris obliuiscantur, ignorantque & se ipsas, & illum? principium igitur mali est audacia, generatio, & prima diuersitas πρώτη ἑτερότης, & quia volunt sui iuris esse: postquam igitur libertate hac, siue licentia delectari cœperunt fretæ plurimum suo quodam ex se ipsis mouendi munere, iter contrarium ineuntes, factæque remotissimæ, se ipsas illinc exortas esse prorsus ignorant, velut pueri statim nati a parentibus segregati, proculque diutius educati, & se & parentes ignorant.

AD CAPVT QVINTVM.



Ntequam disseramus de descensu Neschamot in hortum Eden & Gehennam; & quomodo Ruchot per totum hortum Eden & Gehennam deducantur; præmittenda nobis videtur eorum locorum descriptio.

De Horto Eden.

IN libro. Anima sapientiæ R. Mosis filius Schemtof Hortum Eden, quem vocat mundum animarum diuidit in hortum Eden superiorem; & in hortum Eden inferiorem. Hortus Eden superior vocatur sanctum sanctorum, de quo dicitur Esa. 64. v. 4. Oculus non vidit Deus præter te, quæ præparasti expectantibus te: dicitur & collis superior, mons

de quo Psal. 23. v. 3. Quis ascendet in montem Domini? Cant. Cant. 4. v. 6. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris: & Psal. 120. Leuaui oculos meos ad montes, vnde veniet auxilium mihi. Huic monti respondet Ierusalem, de qua dicitur Psal. 124. v. 1. Qui confidunt in domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum qui habitat in Ierusalem: montes in circuitu eius. Hortus Eden inferior dicitur locus sanctus Psal. 23. v. 3. Aut quis stabit in loco sancto eius? Estque receptaculum animarum indutarum suo vehiculo: Ruchot: De vtroque scriptum est Psal. 117. v. 19. & 20. Aperite mihi portas Iustitiæ, ingressus in eas confitebor domino: Hæc est porta domini, iusti intrabunt in eam.

33 Hortum Eden inferiorem siue terrestrem dicunt esse situm in Oriente. In eo quinque palatia dei tribuuntur, vt legimus in libro Cedri libani Medrasch Conen: Primum palatium respondet primæ portæ: est ex vitro splendido: trabes sunt cedrinæ: estque palatium proselytorum, quibus præfectus est Oba-

dias propheta, vt eos doceat legem. Palatium secundum patentem portam habet, estque ex argento puro: trabes sunt cedrinæ. Illud est palatium eorum qui pœnitentiam egerunt, suntque purgati a vitiis, sicut argentum a scoriis, quibus præfectus est Menasseh filius Ezechiæ. Tertium palatium est ex auro & argento, & omni genere gemmarum, omnibusque deliciis abundat: In cuius medio est arbor vitæ Gen. 2. v. 9. Arbor etiam vitæ in medio paradisi: versantur sub vmbra eius Abraham, Isaac, & Iacob, & Iusti Israëlitæ eo quisque secundum tribum suam aggregantur, ante tamen bene abluti balsamo: Præfecti sunt illis Moses & Aaron: perfectissimi eorum per arborem vitæ sursum ad locum Neschamot sub solio gloriæ ascendunt & descendunt iuxta mysterium scalæ, quam vidit Iacob: est etiam ille locus proselytorum Iustitiæ. In extremis & remotioribus palatii illius angulis versantur leuitæ, qui non perfecte functi sunt officio suo, ibique pudore suffusi expectant aduentum Eliæ quomodo dicitur Malach.

3. v. 3. & purgabit filios leui. Palatium quartum habet trabes oleaginas. In eo sunt Israëlitæ, qui multa & grauia passi sunt in hoc mundo propter nomen Domini, qui tamquam oleæ compressi & coarctati sunt in hoc mundo; in paradiso vero velut oleum splendent. Palatium quintum est ex Iaspide & Onyche, aliisque pretiosis lapidibus insitis auro obrizo: ambitur fluuiis balsami, ornaturque arboribus odoriferis: ad ostium fluit Gichon. Hic est sedes Messiæ filii Dauid, Eliæ, & Messiæ filii Ephraïm, qui in Zohar dicitur filius Ioseph. Ibi est thalamus cedrinus ad instar tabernaculi, quod fecit Moses in deserto: columnæ eius sunt argenteæ, reclinatorium aureum, stragula purpurea quomodo describitur Cant. Cant. 3. v. 10. In eo recumbit Messias filius Dauid, qui diligit Ierusalem, de quo dictum est: Charitate constrauit propter filias Ierusalem: caput eius sinu suo fouet Elias consolando eum plagis confossum propter peccata Israël, vt scriptum est Esa. 53. v. 5. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras,

attritus eſt propter ſcelera noſtra: Accedunt ad eum frequentes patriarchæ, & Moſes & Aaron, Dauid, Salomoh, & omnes reges domus Dauid cum aliis iuſtis, ſalutantes eum flent cum illo; dicentes. Cito expectamus finem vulnerum tuorum. Præterea clamant Core, Dathan, & Abiron de Gehenna. Ecquando domine liberabis nos? quomodo ſcriptum eſt Pſal. 71. v. 20. Conuerſus viuificabis nos, & de abyſsis terræ reduces nos. Reſpondet illis. Interrogate patriarchas. In alia parte horti Eden, quæ nuncupatur collis inferior, verſantur omnes Ruchot animæ indutæ ſuo vehiculo, quæ nondum delapſæ ſunt in corpora.

De Gehenna.

Gehenna apud Iudæos eſt locus correctionis לתקון
(ולא ברא גיהנם לעשות נקמה ברשעים שאין זה מדרך יה
id eſt nec enim creauit Deus Gehennam, vt ſu-

vt sumeret vltionem de impiis; quia non est is mos Dei) sic vocatur sumpta metaphora a Gehinnom גי בן הנם à valle filii rugientis; qui ibi comburebatur teste Elia leuita in Thisbi. Est enim locus vicinus vrbi Ierusalem contemptissimus; in quem proiiciebant sordes, & cadauera. In eo sacrificuli Idololatræ immolabant liberos hominum idolo Molech. R. Moses filius Schemtof diuidit Gehennam; quemadmodum & hortum Eden, in superiorem & inferiorem. Gehenna superior est לתקון גן עדן של מעלה ... ולתקון הנשמות id est in correctionem horti Eden superioris, & in correctionem Neschamot quo ad locum suum, siue fasciculum viuentium redeant. Gehenna inferior est in correctionem horti Eden inferioris. Debent enim, inquit, necessario omnes tam iusti quam impii transire per Gehennam iuxta illud Psalmi 89. v. 49. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi? Verum dissimili ratione fit ille transitus. Impiorum lentus est, ibique igne

permultos annos cruciantur: sed de his postea fusius. Iusti momento pertranseunt, & sine dolore puriores illo igne euadunt. ויש רוח הצדיק השלים שתעבור כמו ספינה דרך העברה בזו האש ונכנסת בגן עדן של מטה ׃ וכשעולה להיותה צרורה בצרור החיים תעבור כמו כן דרך העברה למעלה באותו האש ומרחצת ומטהר להיותה צרורה בצרור החיים׃ id est & est Ruach spiritus Iusti perfecti qui pertransit istum ignem, quasi nauis vento impulsa; & congregatur in hortum Eden inferiorem: quumque ascendit anima, vt colligetur fasciculo viuentium; pertransit etiam tamquam nauis superiorem illum ignem, & detergitur, mundaturque ita, vt possit colligari fasciculo viuentium. Gehenna inferior, siue terrestris, locus est omnium Dæmonum maiorum: sita est in septentrionali plaga versus Babyloniam, & terram Chaldæorum. Ibi sunt thesauri ignis, niuis, grandinis, glaciei, & spiritus procellarum, vt legitur in libro Cedri Libani Medrasch Conen. Tres habet portas. Vna est in deserto, per quam in infernum delapsi sunt Core Dathan & Abiron & coe-

tus eorum illius portæ præfectus vocatur Negdasgiel. Secunda porta est prope Tharsis quomodo scriptum est Ion. 2. v. 3. De ventre inferi clamaui. Illius portæ præfectus est Kiphod. Tertia porta est in Gehinnom prope Ierusalem quomodo scriptum est Esa. 31. v. 9. Cuius ignis est in Sion, & fornax eius in Ierusalem, fornax scilicet Gehennæ vt Malach. 4. v. 1. Ecce dies veniet succensa quasi fornax. Huius præfectus est Semaël. Sunt ibi quatuor regiones. Prima vocatur Infernus siue perditio. Eo damnatus est Core cum sociis: Ibi pereunt animæ impiorum. Secunda est puteus interitus, siue terra inferior. Eo damnantur dolosi, & viri sanguinum iuxta illud Psal. 55. v. 24. Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus, viros sanguinum, & dolosos. Tertia regio vocatur Cœnum luti: Eo damnantur qui denudant pudenda. Quarta denique est Dumah siue silentium sepulchri. Eo damnantur mendaces, & detractores. Præterea in Gehenna sunt septem domus. Prima est patens, in qua sunt Leones ignis, qui deuorant

Ruchot animæ indutæ ſuo vehiculo quæ nondum corpora ſubierunt: inde vna cum illis percurrere totum hortum Eden, vt contemplentur delicias totius paradiſi, & actum erga bonum vel malum producant: poſtea repetere locum ſuum expectantes tempus deſcenſus ſui in corpora. Ruchot vero exempla vitæ in hoc mundo ſibi agendæ recipere dicunt: Poſtea ſubire embryonem: & inde etiam, quamdiu fœtus verſatur in vtero matris, euchi ab angelo, & hortum Eden perluſtrare legimus in libro. Puluis Aromatarius.

ומכניס את הרוח למעי אמו ובבקר נוטלו המלאך
ומוליכו לגן עדן ומראהו הצדיקים שיושבים בכבוד:

id eſt & Includit ſpiritum Ruach visceribus matris, & mane aſſumit eum Angelus, & deducit eum in hortum Eden, oſtenditque illi Iuſtos in gloria & honore conſtitutos: mox affatur animam: contemplare gloriam & delicias, quibus hæ Iuſtorum animæ Ruchot fruuntur. Creatæ fuerunt ſicut tu, vt in corpora delaberentur: quamdiu in illis verſatæ ſunt, tam piè, tam ſanctè vixerunt, vt hoc

honore dignæ extiterint.

ואתה דע לך שסופך לצאת לעולם. אם תזכה ותשמור התורה תזכה לישב במחיצתה של אלו:

id est vide ergo cum jam in mundum sis proditura, vt piè & sanctè viuas seruando legem: sic enim digna eris quæ inter has animas Ruchot locum sortiaris. R. Moses filius Schemtof dicit Neschamot in hortum Eden descendere vt speciebus huius mundi instruantur.

לדעת ולהשכיל ולהדגיל בתגלית צורים של משה:

quemadmodum Ruchot in eo versantur vt speciebus superioris & inferioris mundi imbuantur. Est enim hortus Eden inferior medius inter hunc mundum, & hortum Eden superiorem.

כי הוא כולל משתי דוגמות פרוגמת העולם הזה העולם הבא:

id est quia complectitur duas formas, formam mundi huius, & formam mundi futuri. Quin etiam narrant Deum optimum maximum in hortum Eden inferiorem descendere susceptururn causam populi sui in Zohar sect. & congregauit Moses Exod. 35. v. 1. col. 343. Quemadmodum quando Aman Israelitis mina-

Ruchot animæ indutæ ſuo vehiculo quæ nondum corpora ſubierunt: inde vna cum illis percurrere totum hortum Eden, vt contemplentur delicias totius paradiſi, & actum erga bonum vel malum producant: poſtea repetere locum ſuum expectantes tempus deſcenſus ſui in corpora. Ruchot vero exempla vitæ in hoc mundo ſibi agendæ recipere dicunt: Poſtea ſubire embryonem: & inde etiam, quamdiu fœtus verſatur in vtero matris, euehi ab angelo, & hortum Eden perluſtrare leg[illegible]us in libro. Puluis Aromatarius.

ומכניס את הרוח למעי אמו ובבקר נוטלו המלאך המוליכו לגן עדן ומראהו הצדיקים שיושבים בכבוד:

id eſt & Includit ſpiritum Ruach viſceribus matris, & mane aſſumit eum Angelus, & deducit eum in hortum Eden, oſtenditque illi Iuſtos in gloria & honore conſtitutos: mox affatur animam: contemplare gloriam & delicias, quibus hæ Iuſtorum animæ Ruchot fruuntur. Creatæ fuerunt ſicut tu, vt in corpora delaberentur: quamdiu in illis verſatæ ſunt, tam piè, tam ſanctè vixerunt, vt hoc

honore dignæ extiterint.

ואתה דע לך שסופך לצאת לעולם. אם תזכה ותשמור התורה תזכה לישב במחיצתה של אלו:

id est vide ergo cum jam in mundum sis proditura, vt piè & sanctè viuas seruando legem: sic enim digna eris quæ inter has animas Ruchot locum sortiaris. R. Moses filius Schemtof dicit Neschamot in hortum Eden descendere vt speciebus huius mundi instruantur.

לדעת ולהשכיל ולהרגיל בתגלות צורים של מטה:

quemadmodum Ruchot in eo versantur vt speciebus superioris & inferioris mundi imbuantur. Est enim hortus Eden inferior medius inter hunc mundum, & hortum Eden superiorem.

כי הוא כלול משתי דוגמות דוגמת העולם הזה והעולם הבא:

id est quia complectitur duas formas, formam mundi huius, & formam mundi futuri. Quin etiam narrant Deum optimum maximum in hortum Eden inferiorem descendere suscepturum causam populi sui in Zohar sect. & congregauit Moses Exod. 35. v. 1. col. 343. Quemadmodum quando Aman Israëlitis mina-

dias propheta, vt eos doceat legem. Palatium secundum patentem portam habet, estque ex argento puro: trabes sunt cedrinæ. Illud est palatium eorum qui pœnitentiam egerunt, suntque purgati a vitiis, sicut argentum a scoriis, quibus præfectus est Menasseh filius Ezechiæ. Tertium palatium est ex auro & argento, & omni genere gemmarum, omnibusque deliciis abundat: In cuius medio est arbor vitæ Gen. 2. v. 9. Arbor etiam vitæ in medio paradisi: versantur sub vmbra eius Abraham, Isaac, & Iacob, & Iusti Israëlitæ eo quisque secundum tribum suam aggregantur, ante tamen bene abluti balsamo: Præfecti sunt illis Moses & Aaron: perfectissimi eorum per arborem vitæ sursum ad locum Neschamot sub solio gloriæ ascendunt & descendunt iuxta mysterium scalæ, quam vidit Iacob: est etiam ille locus proselytorum Iustitiæ. In extremis & remotioribus palatii illius angulis versantur leuitæ, qui non perfecte functi sunt officio suo, ibique pudore suffusi expectant aduentum Eliæ quomodo dicitur Malach.

3. v. 3. & purgabit filios leui. Palatium quartum habet trabes oleaginas. In eo sunt Israëlitæ, qui multa & grauia passi sunt in hoc mundo propter nomen Domini, qui tamquam oleæ compressi & coarctati sunt in hoc mundo; in paradiso vero velut oleum splendent. Palatium quintum est ex Iaspide & Onyche, aliisque pretiosis lapidibus insitis auro obrizo: ambitur fluuiis balsami, ornaturque arboribus odoriferis: ad ostium fluit Gichon. Hic est sedes Messiæ filii Dauid, Eliæ, & Messiæ filii Ephraïm, qui in Zohar dicitur filius Ioseph. Ibi est thalamus cedrinus ad instar tabernaculi, quod fecit Moses in deserto: columnæ eius sunt argenteæ, reclinatorium aureum, stragula purpurea quomodo describitur Cant. Cant. 3. v. 10. In eo recumbit Messias filius Dauid, qui diligit Ierusalem, de quo dictum est: Charitate constrauit propter filias Ierusalem: caput eius sinu suo fouet Elias consolando eum plagis confossum propter peccata Israël, vt scriptum est Esa. 53. v. 5. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras,

attritus eſt propter ſcelera noſtra: Accedunt ad eum frequentes patriarchæ; & Moſes & Aaron, Dauid, Salomoh; & omnes reges domus Dauid cum aliis iuſtis, ſalutantes eum flent cum illo; dicentes. Cito expectamus finem vulnerum tuorum. Præterea clamant Core, Dathan, & Abiron de Gehenna. Ecquando domine liberabis nos? quomodo ſcriptum eſt Pſal. 71. v. 20. Conuerſus viuificabis nos, & de abyſsis terræ reduces nos. Reſpondet illis. Interrogate patriarchas. In alia parte horti Eden, quæ nuncupatur collis inferior, verſantur omnes Ruchot animæ indutæ ſuo vehiculo, quæ nondum delapſæ ſunt in corpora.

De Gehenna.

GEhenna apud Iudæos eſt locus correctionis לתקון

(ולא ברא גיהנם לעשות נקמה ברשעים שאין זה מדרך יה׳

id eſt nec enim creauit Deus Gehennam, vt ſu-

vt sumeret vltionem de impiis, quia non est is mos Dei) sic vocatur sumpta metaphora a Gehinnom גי בן הנם à valle filii rugientis, qui ibi comburebatur teste Elia leuita in Thisbi. Est enim locus vicinus vrbi Ierusalem contemptissimus, in quem proiiciebant sordes & cadauera. In eo sacrificuli Idololatræ immolabant liberos hominum idolo Molech. R. Moses filius Schemtof diuidit Gehennam, quemadmodum & hortum Eden, in superiorem & inferiorem. Gehenna superior est לתקון גן עדן של מעלה ולתקון הנשמות id est in correctionem horti Eden superioris, & in correctionem Neschamot quo ad locum suum, siue fasciculum viuentium redeant. Gehenna inferior est in correctionem horti Eden inferioris. Debent enim, inquit, necessario omnes tam iusti quam impii transire per Gehennam iuxta illud Psalmi 89. v. 49. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi? Verum dissimili ratione fit ille transitus. Impiorum lentus est, ibique igne

permultos annos excruciantur: sed de his postea fusius. Iusti momento pertranseunt, & sine dolore puriores illo igne euadunt. יש רוח הצדיק השלים שתעבור כמו שעוברת דרך העברה בזו האש ומכנסת בגן עדן של מטה : ובעלותה להיותה צרורה בצרור החיים תעבור כמו כן דרך העברה למעלה באותו האש ונרחצת ומטהרת להיותה צרורה בצרור החיים id est & est Ruach spiritus Iusti perfecti qui pertransit illum ignem, quasi nauis vento impulsa, & congregatur in hortum Eden inferiorem: quumque ascendit anima, vt colligetur fasciculo viuentium, pertransit etiam tamquam nauis superiorem illum ignem, & detergitur, mundaturque ita, vt possit colligari fasciculo viuentium. Gehenna inferior, siue terrestris, locus est omnium Dæmonum malorum: sita est in septemtrionali plaga versus Babyloniam, & terram Chaldæorum. Ibi sunt thesauri ignis, niuis, grandinis, glaciei, & spiritus procellarum, vt legitur in libro Cedri Libani Medrasch Coren. Tres habet portas. Vna est in deserto, per quam in infernum delapsi sunt Core Dathan & Abiron & cœ-

tus eorum illius portæ præfectus vocatur Negdasgiel. Secunda porta est prope Tharsis quomodo scriptum est Ion. 2. v. 3. De ventre inferi clamaui. Illius portæ præfectus est Kiphod. Tertia porta est in Gehinnom prope Ierusalem quomodo scriptum est Esa. 31. v. 9. Cuius ignis est in Sion, & fornax eius in Ierusalem, fornax scilicet Gehennæ vt Malach. 4. v. 1. Ecce dies veniet succensa quasi fornax. Huius præfectus est Semaël. Sunt ibi quatuor regiones. Prima vocatur Infernus siue perditio. Eo damnatus est Core cum sociis: Ibi pereunt animæ impiorum. Secunda est puteus interitus, siue terra inferior. Eo damnantur dolosi, & viri sanguinum iuxta illud Psal. 55. v. 24. Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus, viros sanguinum, & dolosos. Tertia regio vocatur Cœnum luti: Eo damnantur qui denudant pudenda. Quarta denique est Dumah siue silentium sepulchri. Eo damnantur mendaces, & detractores. Præterea in Gehenna sunt septem domus. Prima est patens, in qua sunt Leones ignis, qui deuorant

homines in ipsos incidentes, morque illos reuomunt. Secunda domus est receptaculum idololatrarum, quorum Dux & Iudex est Absalom: illis vero præfectus est angelus crudelis qui illos castigat virga ignea vocaturque Kuschiel. Absalon tamen plagis non subiicitur propter iustitiam Dauidis patris sui, & patrum antiquorum, qui dixerunt in monte Sinai. Deut. 5 v. 27. Nos audientes faciemus ea. In tertia domo eadem est pœnarum ratio atque in secunda. Ibi cum Idololatris sunt Dathan, & Abiron cum sociis, quibus præit Core, qui eximitur à iudicio propter iustitiam Leui filii Iacob; itemque socii eius, propterea quod dixerint patres eorum in monte Sinai Audientes faciemus ea: Angelus qui præfectus est illis, nuncupatur Schophtiel. In quarta domo præcipuus est Ieroboam filius Nabat immunis à iudicio propter iustitiam Ephraim filii Ioseph, qui fuit perfectè iustus, tum quia dixerunt patres eius in monte Sinai. Audientes faciemus ea: Angelus qui castigat illos dicitur Mataniel. In domo quinta

est Achab, immunis tamen, quia etiam patres eius dixerunt in monte Sinaï. Audiētes faciemus. Angelus qui damnatos mulctat ibi vocatur Oniel. In domo sexta Micha purgatur etiam sine plagis propter supradictam rationem: Angelus istius domus est Hadariel. In domo septima est Elizæus filius Abuia: præfectus eius est angelus Rucziel.

Præmissa horum locorum desćriptione videamus quid Iudæi sentiant de descensu Neschamot in ea loca, & quomodo Ruchot per ea deducantur.

De descensu Neschamot in Hortum Eden inferiorem, & quomodo per eum Ruchot deducantur.

RAbbini existimant Neschamot antequam delabantur in corpora, descendere è receptaculo suo, quod est sub solio gloriæ, in collem inferiorem, qui est pars horti Æden, vbi versantur

Ruchot animæ indutæ ſuo vehiculo quæ nondum corpora ſubierunt : inde vna cum illis percurrere totum hortum Eden, vt contemplentur delicias totius paradiſi, & actum erga bonum vel malum producant: poſtea repetere locum ſuum expectantes tempus deſcenſus ſui in corpora. Ruchot vero exempla vitæ in hoc mundo ſibi agendæ recipere dicunt: Poſtea ſubire embryonem: & inde etiam, quamdiu fœtus verſatur in vtero matris, vehi ab angelo, & hortum Eden perluſtrare legimus in libro. Puluis Aromatarius.

ומכנִים את הָרוּח לְמְעֵי אמו ובבקר נוטלו המלאך
המוליכו לגן עדן ומראהו הצדיקים שיושבים בכבוד:

id eſt & Includit ſpiritum Ruach viſceribus matris, & mane aſſumit eum Angelus, & deducit eum in hortum Eden, oſtenditque illi Iuſtos in gloria & honore conſtitutos: mox affatur animam: contemplare gloriam & delicias, quibus hæ Iuſtorum animæ Ruchot fruuntur. Creatæ fuerunt ſicut tu, vt in corpora delaberentur : quandiu in illis verſatæ ſunt, tam piè, tam ſanctè vixerunt, vt hoc

honore dignæ extiterint.

ואתה דע לך שסופך לצאת לעולם. אם תזכה ותשמור התורה תזכה לישב במחיצתה של אלו:

id est vide ergo cum iam in mundum sis proditura, vt piè & sanctè viuas seruando legem: sic enim digna eris quæ inter has animas Ruchot locum sortiaris. R. Moses filius Schemtof dicit Neschamot in hortum Eden descendere vt speciebus huius mundi instruantur.

לדעת ולהשכיל ולהתגלל בתגלות צורים של מטה:

quemadmodum Ruchot in eo versantur vt speciebus superioris & inferioris mundi imbuantur. Est enim hortus Eden inferior medius inter hunc mundum, & hortum Eden superiorem.

כי הוא כולל משתי דוגמות. דוגמת העולם הזה והעולם הבא:

id est quia complectitur duas formas, formam mundi huius, & formam mundi futuri. Quin etiam narrant Deum optimum maximum in hortum Eden inferiorem descendere suscepturum causam populi sui in Zohar sect. & congregauit Moses Exod. 35. v. 1. col. 343. Quemadmodum quando Aman Israelitis mina-

batur excidium, Eſther ſupplex conqueſta eſt apud Regem Aſſuerum Eſth. 7. Traditi ſumus Ego, & populus meus, vt conteramur, iugulemur, & pereamus: Rex autem iratus ſurrexit, & de loco conuiuii intrauit in hortum arboribus cõſitum. Sic etiam in populi Iſraëlitici anguſtiis clamat congregatio Iſraël Eſa. 33, v. 2. Domine miſerere noſtri, te enim expectauimus: Eſto brachium noſtrum in mane, & ſalus noſtra in tempore tribulationis. Ipſi angeli protectores in lachrymas erumpunt v. 7. Ecce angeli eorum clamabunt foris, Angeli pacis amare flebunt. Tunc iraſcitur Deus Ier. 25. v. 30. Dominus de excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocem ſuam; mox ingreditur hortum Eden alloquendo patriarchas Leu. 26. v. 9. Reſpiciam vos, & creſcere faciam; multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum. והוא שעתא אתפלג ליליא id eſt tempus autem quo aduentat Deus eſt ſub medium noctis. Quo accedente tunc exclamant omnes, qui verſantur in horto Eden. Pſal. 24. v. 7. Attollite

portæ

portæ capita vestra; & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.

De descensu Neschamot in Gehennam & quomodo Ruchot per eam deducantur.

POstquam animæ Neschamot contemplatæ sunt gloriam horti Eden, descendunt in Gehennam, vt cognitis impiorum pœnis actum erga bonum vel malum producant. Si quidem actum erga malum produxerint, non repetunt receptaculum suum, sed in Gehennam superiorem detruduntur, donec veniat tempus, quo in corpora delabantur, inde sumere dicunt partem immundam, reiecta parte sancta, qua illas ornauerat Deus. Ita in hoc mundo postea immundæ, & peccatrices existunt; verumtamen pœnitentiam agendo priorem illam partem sanctam recipere possunt. Quod vero ad Ruchot attinet, ibi exempla vitandi mali accipiunt. Si quidem illis

exemplis se faciles præbuerint, prætervecta sine dolore Gehenna delabi narrant in embryonem: Si vero restiterint tot admonitionibus, per horam in Gehenna afflictæ descendunt in vterum matris, fœtum informaturæ; & inde etiam quamdiu includitur fœtus in vtero, singulis sub vesperam diebus deducuntur ab Angelo in Gehennam; vt continuo exempla vitandi mali illis proponantur. ולערב מוליכו לגיהנם ומראהו את הרשעים שמלאכים חבלה מכים אותם במקלות של אש׃ id est: Vespere autem deducit Angelus animam Rüach in Gehennam, & ostendit illi impios, quos verberant angeli excidii virgis igneis. Angelus sic affatur illum spiritum. Illæ animæ Ruchot eodem modo formatæ sunt, quo tu: postquam descenderunt in mundum, non custodiuerunt præcepta Dei benedicti neque leges eius, ideo in hoc opprobrium inciderunt. Tu autem vide ô anima quum iam in mundum sis proditura, sis pia, non improba, vt viuas in æternum: deinde ומראהו מקום שהוא עתיד להקבר בו ואחר כך מראה לו כל העולם׃

id eſt, oſtendit illi præterea locum ſepulchri ſui: poſtea vniuerſum mundum illi proponit.

De huiuſmodi animarū ſtatu antequam delabantur in corpora Græci Philoſophi ſimile quid exhibent. Nota eſt fabula Heri Armenii, quam refert Plato 10. de Repub. Quum animæ, inquit, de quibus ſupra diximus, ſeptem dies in prato quieuiſſent, octauo inde die eas illinc ſurgere dicebat, vt alio proficiſcerentur: quarto autem ad locum deſtinatum peruenire ſolitas. Ex eo ſuperne per totum cœlum, ac terram extenſam aſſiduo videri lucem, veluti columnam Iridi ſimillimam, puriorem tamen atque illuſtriorem. In eam vero vnius diei ſpatio illas penitus intraſſe, & vidiſſe media in luce ſumma vinculorum è cœlo extenſa: eſſe enim lucem illam cœli vinculum, veluti triremium ſuccincturas, atque ita lucem illam circumplecti omnem circumquaque cœli circumferentiam. Ex vinculorum vero apicibus ſuſpenſum Neceſſitatis penſum, per quod omnes circuitus peragantur &c. Fuſum adamantinum in

Necessitatis genibus circumuerti dicebat. Verticulum habere octo orbes, & circulos; & superne cuilibet circulo hærere syrenem; quæ vna circumferretur, vocem vnam vniformi tono emittens: vnam tamen harmoniam ex omnibus octo concentibus prodire: alias autem tres Necessitatis filias æquali inuicem interuallo in throno sedere, Parcas videlicet, vestibus albatis, capitibus coronatis, Lachesin, Clotho, & Atropon, ad Syrenum concentum mutuo respondentes. Lachesin quidem præterita; Clotho res præsentes, Atropon vero futuras. Et Clotho quidem fusum dextra manu attingentem circumuersare fusi extimam circumferentiam interiecto quodam temporis interuallo: Atropon vero sinistra interiores partes eodem modo: Lachesin denique vtraque manu vicissim tangere. Ergo aiebat animas, vbi primum eo venissent, continuo oportere ad Lachesin accedere: tum prophetam quemdam eas animas suo quamque ordine collocare, postea, quum ex Lachesis genibus sortes & vitarum exempla

suscepisset, & in sublime quoddam tribunal conscendisset, ita fari. Puella Lachesis, Necessitatis filia hæc ait. Animæ diurnæ, adest primordium alterius circuitus, mortali & vere lethifero hominum generi destinatum. Non vos dæmon excipiet, sed vos dæmonem eligetis. Qui primus sortitus fuerit, primus vitam eligito, cum qua necessario permanebit. Virtus autem sola, extra omnem seruitutis noxam est libera plane, & seruire nescia; quam prout quis vel honorabit, vel negliget, ita plus vel minus ex ea possidebit. Culpa omnis est penes eligentem: Deus est extra omnem culpam. Hæc fatum prophetam sortes super omnes proiicere aiebat, ex quibus quemlibet eam capere, quæ sibi cecidisset, neque fas esse cuiquam quotus ordine sit, agnoscere, nisi quum sortes cœperit. Tunc enim duntaxat quotus sit, sortitum intelligere. Post hæc item, tabulas, in quibus variorum viuendi generum extant monumenta, atque exempla, palam exponi longo ordine humi collocatas: & quidem longe plurium,

quam quæ hodie versantur in nostra cognitione. Porro quum omnes animæ viuendi illa genera, prout sors edixerat, ordine elegissent, tum vero ad lachesin accedere asserebat. Lachesin vero vnicuique eum dæmonem præfecisse, quem quæque cœperat vitæ custodem atque vindicem; & rerum sortis arbitrio statutarum effectorem. Illum porro ad Clotho sororem primum adducere, & sub illius manu, & fusi vertigine eam approbare fortunam, quam fuerit sortitus. mox hinc ad Attopi nentis stamen, quod quidem immutabilia reddat fatorum decreta, deducere: Illinc è vestigio Necessitatis thronum adire, postea Dæmonem cum reliquarum animarum turba, vehementis caloris æstu in campum lethæum proficisci arboribus, & omnibus huiusmodi virgultis è terra sponte nascentibus, vnde captari possit vmbra, penitus vacuum: recumbere igitur illas nocte sub dio iuxta Amelitam fluuium aiebat, cuius aquam nullum vas continere posſit, atque ex ipsius aqua mensuram quamdam bibere cuique ne-

cessarium esse. Eos vero qui prudentiam vindicem custodemque minime habeant, bibere præter illam mensuram: quod qui fecerint, eos sempiterna rerum omnium obliuione occupari. Vbi vero ad mediam vsque noctem dormierint, subito tonitru & terræ-motu excitos, de repente alium alio sursum ferri ad generationem stellarum instar prosilientes. Per illam lucem quæ est cœli vinculum intelligunt Platonici Deum diuinamque prouidentiam, fontem, originem, & ideam rerum omnium.

——Deum namque ire per omnes
Terrasque tractusque maris, cœlumque profundum:
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas
——Sic Iouis omnia plena.

Et vt ait Seneca, Deus est quodcumque vides, & quod non vides. Ex huiusmodi vinculo pendere dixit Plato Necessitatis pensum. Hæc est anima mundi, quæ est ratio purà, prima ideæ participatio:

(Eam non pauci dixerunt esse animam firmamenti) ad quam pertinet fatum, siue administratio mundi, quæ quia inuiolatas seruat leges sibi per Dei prouidentiam præscriptas, ideo Dea Necessitatis vocatur, eiusque decreta comparantur lib. 12. de legibus lignis ad ignem contortis, quæ secus disponi non possunt. Huius stamen est cœli fœcunditas, cum qua mox corporea rerum vita ob distantiam à cœlo, & ob tenuem virtutis participationem, fluxilemque conditionem, fragili tenuique filo dicitur alligata. Fusus, quo stamina nent filiæ Deæ Necessitatis, ex adamante conflatus; si ad externam fusi imaginem respicimus, est mundi axis centro, polisque munitus; si rei conditionem consideramus, est natura per corpora diffusa; cuius instrumento anima mundi cuncta ad exitum perducit:

Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem.

Verticulum fusi constare dicitur ex adamante, aliisque materiis: nam verticulum

lum est cœlum, & præsertim firmamentum, in quo ob orbium multitudinem, stellarumque conditiones varias, nedum adamantis soliditas reperitur, verum insuper inueniuntur aliæ, ac eminentiores materiæ conditiones. Verticuli circulis hærere dicit Syrenas id est Intelligentias, quæ ad conuenientem finem nos inuitant, quemadmodum etiam Hebræi duodecim signis assignant Angelos. Michaël dicitur præsidere Arieti, Kadmiel Tauro, Padaël Geminis, Gabriel Cancro, Zadkiel Leoni, Chasdiel Virgini, Raphaël Libræ, Raziel Scorpio, Setouriah Sagittario, Niriel Capricorno, Iouiel Aquario, Hanaël Piscibus: vt etiam 7. Planetis genios tribuunt, Saturno Kazpiel genium iræ, Ioui Zadkiel genium iustitiæ, Marti Kamaël genium subsistentiæ, soli Raphaël genium medicinæ, Veneri Honiel genium diuitiarum, Mercurio Michaël genium similitudinis diuinæ, Lunæ Gabriel, genium potentiæ & roboris. Hæ Syrenes siue Intelligentiæ per octo tonos octo sphærarum, & per concentum, qui ex omni-

bus consurgit, Dei facultatem canunt, & vna cum cœlis enarrant gloriam Dei; propterea cecinit Orpheus:

Tu totam cœlum canora cythara temperas.

Deæ Necessitatis, id est animæ mundi tres numerantur filiæ ex stamine fila ducentes, ex Demogorgone natæ, id est à prouidentia, & idea prima, quæ à Platone in Timæo pater dicitur, vt Demogorgon fingitur pater Deorum. Hæ vulgo Parcæ nuncupantur, vel per antiphrasin, quia nemini parcunt, vel potius quum nemo sit sua sorte contentus Parcæ, id est auaræ ab omnibus iudicantur. Hæ sunt tres animæ vires rerum fatalium ordinem absoluentes, vocanturque Lachesis, Clotho & Atropos æquali inuicem interuallo in throno sedentes, vestibus albis, id est inuiolabilibus conditionibus indutæ, capite coronato ad Syrenum harmoniam canentes. Tres enumerantur, quia anima mundi ea quæ à mente in æuo, & supra tempus collocata recipit; in tria mox tempora distribuit, præteritum, præsens, & futurum, qui-

bus mobilia subiiciuntur; ita Lachesis præterita, Clotho præsentia, Atropos futura irremeabilia canere dicitur.

Clotho colum baiulat, Lachesis trahit,
Atropos occat.

inquit Ouidius, vbi munera Clotho & Lachesis videtur permutare, tribuendo Clotho quod Plato tribuit Lachesi & contra. Tres enumerantur, quia anima mundi ternario vtitur, quatenus dispo-nit quæ semper, quæ raro, quæ frequenter eueniunt. Tres enumerantur, quia anima mundi in sui muneris functione ternario vtitur: nam ea vt media recipit aliunde; mox recepta in se continet, deinde in alia vitæ sortes diffundit. Tres enumerantur quia aliis varias vitæ conditiones impertiens ternario vtitur, quatenus cætera ab ea recipiunt suæ vitæ initium, medium, & finem, dum essentia, potentia & actione perficiuntur: consideretur rationibus, quasi seminibus grauida, vt pariens, vt parta seruans, vt suo fine terminans & absoluens; vnde etiam Parcæ dicuntur comites Ecates, quæ eadem est cum Luna generationis

præside. Huc refer quod ait Hermes in Asclepio, fatum tribus constare. Imarmene, quæ rerum omnium parit initia, Necessitate, quæ initia ad progressum cogit, demum ordine id est dispositione temporis. Per has itaque Parcas indumentis albis, hoc est conditionibus inuiolabilibus indutas, quæcumque in idæis, quasi in glomo sunt inuoluta, euoluuntur, & explicantur in corpora: non ita tamen, vt singula ab anima mundi, siue à necessitate pendentia necessaria sint; sed quoniam anima mundi operatur vbique eodem modo cum quadam naturæ necessitate sibi à superno principio iniuncta. Insuper quoniam omnia in suo conuenienti ordine à suo opifice constituta conseruat.

Fata regunt orbem, certa sunt omnia lege,
Longaque per certos signantur tempora cursus,
Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.

Inquit Manilius 4. Astrol. neque permittit quidquam leges illius adeo trans-

gredi; quin mox regrediatur in leges: & trangreſsio in exiguis eſt particulis, non in toto: Immo ea tranſgreſsio in illis particulis eſt cum conſeruatione ordinis, quoniam ex propria natura, & conditione ſunt tales, vt ſecus ſe habere poſsint: Quales ſunt hominũ operationes. Propterea recte enunciauit Plato virtutem eſſe liberam, Eligentis eſſe culpam, non Dei. Hinc quoque anima ex Platonis ſententia & ſupra fatum, & in fato, & ſub fato conſideratur. Supra fatum eſt, quum eſt extra corpus, & cum mente coniungitur. In fato eſt, dum in corpore; ſeſe à corpore pro viribus ſegregat, & menti ſubiicitur, agitque ſecundũ naturæ ſuæ conditionẽ, quæ libera eſt. Denique anima eſt ſub fato, quatenus inſequitur propenſiones à corporis temperamento prodeuntes: indulgens enim corpori naturaliter patienti ſub fato, ipſa quoque patitur. Dum in materiam, mortaleque corpus fertur, ac in fabrica corporis eſt occupata, iure dicitur deguſtare aquam fluminis Amelitæ, hoc eſt Negligentiæ, quoniam diuina negligit: & dicitur ver-

ſari, ac dormire in campo lethæo, hoc eſt obliuionis, quoniam quum progrediatur, & à ſe recedat, ſuimet, ac etiam diuinorum obliuiſcitur. Dicitur Recumbere, quia ad corpus eſt conuerſa, non in ſe, non in leges prouidentiæ, nec in ſupernam mentem erecta. Deſcendit tandem, fœtuique terreno inſinuatur ſtellæ inſtar proſiliens ad generationem, id eſt ſuo inſtructa vehiculo, tanquam ſtella crinita: cum tonitru & terræ-motu: hoc eſt cum cœli & terræ tranſmutatione, magnoque conatu eorum, & cum ſigno futuræ miſeriæ.

Præterea Elegantiſſimam fabulam refert Plato in Conuiuio. Quum nata eſſet Venus, parato conuiuio, & cæteri Dii ad conuiuium venerunt, & Porus quoque (id eſt Copiæ Deus) Metidis (id eſt conſilii) filius. Poſtquam cœnati eſſent, Penia id eſt paupertas mēdicatura, quum videlicet ob feſtas dapes ciborum reliquiæ futuræ eſſent, eo venit, & pro foribus erat. Porus autem nectare ebrius in Iouis hortum ingreſſus eſt, & ſomno grauatus dormiebat. Penia igitur rerum

necessariarum penuria laborans, hac oblata occasione consilium capit filium ex Poro suscipiendi. Ita has illi insidias struit: prope illum accumbit, & sic Amorem concepit. Inde natus est Amor, & Veneris comes, & famulus factus est, quod in Veneris natalibus est genitus, tum quod etiam naturâ rerum pulchrarũ cupidus est Amor, ac proinde Veneris quæ pulchra est. Hanc fabulam sic rectè explicat Plotinus Enn. 3. lib. 8. cap. 9. ἡ μὲν Ἀφροδίτη ψυχὴ ἂν ἡμῖν. λόγος δὲ ἐλέγετο τῶν πάντων ὁ πόρος, λόγος ὢν τῶν ἐν τῷ νοητῷ καὶ νῷ, καὶ μᾶλλον κεχυμένος, καὶ οἷον ἁπλωθεὶς, περὶ ψυχὴν ἂν γένοιτο, καὶ ἐν ψυχῇ. Id est Venus anima nostra est. Porus autem omnium ratio, quum sit ratio quædam eorum, quæ in mundo intelligibili intellectuque sunt, latius explicata circa animam versatur, & in anima. τί δ' ἂν εἴη ὁ κῆπος τοῦ Διός; ἢ τὰ ἀγάλματα αὐτοῦ, καὶ τὰ ἀγλαΐσματα? τί δ' ἂν εἴη τὰ ἀγλαΐσματα αὐτοῦ καὶ τὰ κοσμήματα, ἢ οἱ λόγοι, οἱ παρ' αὐτοῦ ῥυέντες? Quid vero aliud Iouis horti significare possunt, quam imagines, splendoresque ipsius? Quid

rurſus ſplendores, ornamentaque Iouis ſunt, niſi rationes ab ipſo fluentes? ἐκ πόρου οὖν καὶ πενίας λέγεται εἶναι ἔρως: ᾗ ἡ ἔλλειψις, καὶ ἡ ἔφεσις, καὶ τῶν λόγων ἡ μνήμη ὁμοῦ συνελθόντα ἐν ψυχῇ ἐγέννησε τὴν ἐνέργειαν τὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν, ἔρωτα τοῦτον ὄντα. ἡ δὲ μήτηρ αὐτῷ πενία, ὅτι ἂν ἡ ἔφεσις ἐνδεοῦς. ὕλη δὲ ἡ πενία ὅτι καὶ ἡ ὕλη ἐνδεὴς τὰ πάντα. Quamobrem ex Poro & Penia, ſiue ex affluentia ſimul atque penuria narratur exortus amor: quin etiam defectus, appetituſque ſimul, atque memoria rationum conſpirantes in anima, actum erga bonum, qui amor dicitur, genuerunt: Mater autem eius eſt penuria, quoniam appetitio ſemper eſt indigentis: materia vero eſt ipſa penuria, quoniam materia omnium eſt egena.

Itaque aſſerunt Platonici animam creatam eſſe ſine materia, quod eſt in conuiuio natalicio Veneris pro foribus fuiſſe Peniam. Rationem autem, & appetitum animæ, id eſt Porum nectare ebrium, ſiue potentiam in actum tranſeuntem, in hortis Iouis, id eſt præditam memoria rationum à Deo emanantium; iunctam

iunctam Peniæ id eſt materiæ producere actum erga bonum, qui dicitur Amor. Quemadmodum dicunt Iudæi Neſchamah animam intellectiuam, antequam delabatur in corpus, deſcendere in hortum Eden, ibique cum ſua figura producere actum erga bonum vel malum.

Poſtquam in mundum deſcendit coronat illam Rex ſeptem Coronis.

ITa Platonici animæ, quæ triangulo figuratur, ſeptem numerorum terminos adhibent: nempe quum videamus rerum generationem ſeptenario Planetarum numero gubernari, ſummumque planetarum Saturnum ſeptimo quolibet anno mutationes in vita hominum facere, Lunam quoque planetarum infimam ſeptimo quouis die tum in ſe ipſa, tum in humoribus mutationem inducere, merito animam motionis, generationiſque originem ſeptenario numero

deſcribere iudicantur.

Quid eſt quum peccauerit.

QVomodo aperientur illi portæ cœli? quomodo ſtabit coram Deo benedicto? Leu. 22. v. 3. peribit coram domino, ego ſum Dominus.



AD CAPVT SEPTIMVM.



Æc quæ de reſurrectione tradit Autor noſter, referenda ſunt ad caput ſuperius; vt ſit ſenſus. Si non, vt par eſt, rem aſſecutus fuero, ſpes me certiſſima tenet, fore, vt poſt reſurrectionem, illa omnia perfecte intelligam: Interim in magnis voluiſſe ſat erit.

Vt vero opinionem Iudæorum, necnon & Platonicorum de Reſurrectione

mortu[illegible] incte proponamus, distribuenda mihi videtur tota disputatio in quinque partes. 1. Vtrum futura sit Resurrectio. 2. Quomodo fiet. 3. Quando fiet. 4. Quinam sint resurrecturi. 5. Quis erit effectus resurrectionis.

Vtrum futura sit Resurrectio.

FVturam resurrectionem probant hi scripturæ versus. Deut. 6. v. 24. Præcepitque nobis Dominus, vt faciamus omnia legitima hæc, & timeamus Dominum Deum nostrum, vt bene sit nobis cunctis diebus ad viuificandum nos sicut hodie. Esa. 26. v. 19. Viuent mortui tui, cum cadauere suo resurgent: Expergiscimini, & laudate habitatores pulueris: quia ros olerum ros tuus, & terra mortuos proiiciet. Dan. 12. v. 2. Et multi è dormientibus terræ pulueris euigilabunt. Ezech. 37. v. 12. & 13. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego aperiam

tumulos veſtros, [illegible] ſe-
pulchris veſtris, popule meus: & indu-
cam vos in terram Iſrael: & ſcietis quia
ego Dominus, cum aperuero ſepulchra
veſtra, & eduxero vos de tumulis veſtris,
popule meus, & dedero Spiritum meum
in vobis, & vixeritis. Pſal. 104. v. 30.
Auferes Spiritum eorum, & deficient,
& in puluerem ſuum reuertentur, Emit-
tes Spiritũ tuum, & creabuntur: & reno-
uabis faciem terræ. Quamquam in aliis
ſcripturæ locis videatur negari reſur-
rectio Iob. 14. v. 14. Putaſne mortuus
homo rurſus viuet. Iob. 7. v. 9. Qui
deſcenderit ad inferos, non aſcendet.
Iob. 10. v. 21. Antequam vadam, & non
reuertar. Eſa. 38. v. 18. Non expecta-
bunt qui deſcendunt in lacum veritatem
tuam, Viuens, Viuens ipſe confitebitur
tibi, ſicut & ego hodie. 2. Sam. 14. v. 14.
Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabi-
mur in terram, quæ non reuertuntur.
Pſal. 88. v. 11. Numquid mortuis facies
mirabilia; aut vita functi reſurgent, &
confitebuntur tibi? & 78. v. 39. Spiritus
vadens, & non rediens.

Rabbini dicta illa omnia inuicem conciliant dicendo non resurgere mortuos secundum communem naturæ ordinem; sed miraculo. Et ita eleganter ait R. Mekir Aldabi in lib. Viæ fidei.

אין הפרש בין אמרו אם ימות גבר היחיה: או אמרו המן הסלע הזה נוציא לכם מים שאין זה בטבע אבל נמנע בו: אלא שסבר יצאו המים מן הסלע ההוא במופת: כן תחיית המתים אולם הוא מן המופתים.

Id est non est discrimē inter hoc dictum Iob. Putasne mortuus homo rursus viuet? & hoc num. 20. v. 10. Num de petra hac poterimus vobis aquam eiicere? vtrumque enim est præter naturam, & secundum illam impossibile. Verum quod aliquando fluxerint aquæ ex petra; miraculo id factum est; sic etiam resurrectio mortuorum profecto miraculosa est. Miraculosa est ex parte corporis, quod primo formatum in vtero matris, quum postea morte consumptum fuerit, quomodo posset aliquando naturæ viribus idem restitui, etiam extra vterum matris? Ex parte tamen animæ naturalis esse potest, scilicet eodem corpore in integrum restituto. Quum enim anima

rationalis corpori forinſecus accedat, ab eo reipſa ſeparabilis: Ergo ſemel ſeparata poteſt iterum regredi ad corpus; ſi occurrat paratum. Adde quod ait Plato in Phædone. ἀνάγκη ἀποδοῦναι τῷ ἀποθνήσκειν ἐναντίαν τινὰ γένεσιν: πάντως που ἔφη. τίνα ταύτην? τὸ ἀναβιώσκεσθαι. &c. An morti contrariam reddendam eſſe generationem constituemus? omnino, inquit, Ecquam vero ipſam? Ipſum reuiuiſcere: id eſt noua quædam vita. Si igitur exiſtat noua quædam vita, num illa extiterit è mortuis ad viuentes generatio quædam? Sane. Illud ergo inter nos ratum confeſſumque erit. Viuentes è mortuis exiſtere, non minus quam ex viuentibus mortuos. τοὺς ζῶντας ἐκ τῶν τεθνεώτων γεγονέναι, οὐδὲν ἧττον ἢ τοὺς τεθνεῶτας ἐκ τῶν ζώντων.

Quidam vero Platonici reſurrectionem hoc argumento probant. Poſt præſentem, fatalemque mundi curſum, hominum animæ imperante Deo, atque ſuſcitante, corpora ſua, quæ in hoc curſu amiſerunt, ideo recipient, vt quemadmodum ſub fato quondam corpora hu-

mana in terram deciderant; ita sub prouidentiæ diuinæ imperio ex terra resurgant, atque reuiuiscant, ne animæ maneant semper imperfectæ.

Quomodo fiet resurrectio.

ASserunt itaque Iudæi resurrectionem miraculo futuram, nec vero alibi, quam in terra Israël, iuxta illud Esa. 52. v. 2. Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem: solue vincula colli tui captiua filia Sion. Ideoque Deus eo congregabit omnes eos, quos suscitaturus est. Esa. 43. v. 5. Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, Da: & Austro, Noli prohibere: Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ &c. Quomodo eo congregandi sint explicat Elias in Thisbi: nempe per גלגול מחלות id est volutationem, quæ fiet per occultas cauernas terræ vsque ad terram Israël, vt ibi reuiuiscant, Iuxta illud Esa. 2. v. 19. & in-

troibunt in cauernas petrarum, & in voragines terræ. Mox vna quæque anima ſuum priſtinum corpus aſſumet.

ואל יעלה בלבך הדבר כי אדם אחר הוא שבנה: אלא אותו ממש הוא שיקים ויבנה מהיסוד הראשון ואף על פי שהעצמות נמוחו: עצם אחד נשאר באדם שאינו מתכלה לעולם ואינו מתרקב: והוא עצם תחתון שבשדרה: ואומרים עליו שהוא חזק מאוד כפטיש יפוצץ סלע כדי להורות שעל דבר שורה דבר שלמעלה: ועל כן אין מברכין על שולחן ריקם ואין דבר של מעלה חל זולתי על שום דבר ולא על דבר ריקם: &c.

Inquit R. Moſes filius Schemtof, id eſt, Caue autem putes alium hominem eſſe, quem ædificet, ſiue exſuſcitet Deus: ſed idem ipſe eſt præciſe, quem viuificabit, & ſtruet ex fundamento primo: quamuis enim oſſa conſumantur, reſiduum tamen manet os vnum hominis incorruptibile, & putredinis expers: eſt autem illud os Luz infimum ſpinæ dorſi, quod durum eſſe dicunt tamquam malleum conterentem petram. Vnde intelligere poſſumus ad inſtar muri fieri opus ſuperius: Ideoque non benedicunt menſæ vacuæ & inani, nec opus ſuperius fit, niſi ſuper

super aliqua re, nec inani. Quod confirmatur exemplo vxoris Obadiæ 2. Reg. cap. 4. Mulier autem quædam de vxoribus prophetarum clamabat ad Elizæum &c: Quid dixit illi Elizæus? Quid vis vt faciam tibi. Dic mihi quid habes in domo tua? nec enim superis conuenit mensa vacua, & inanis. Respondit mulier. Non habeo ancilla tua quidquam in domo mea, nisi parum olei: super quo miraculum fecit Elizæus, illud oleum multiplicando. Quærit igitur Deus fundamentum operationibus suis: Quamobrem os istud residuum facit esse è corpore hominis, quod sit fundamentum suscitandi & struendi corporis tempore resurrectionis. Tunc demittet Deus טל rorem iuxta illud Esa. 26. v. 19. Laudate habitatores pulueris: quia ros olerum ros tuus, & terra mortuos proiiciet. Eo rore madefactum puluerem in massam rediget Deus, quam massam admixto illo osse, veluti fermento intumescentem extendet, & formabit in membra, neruos, venas, ossa, arterias, carnem & pellem. Ita restituta corpora,

ſumpto ſpiritu in terra Iſraël viuificabuntur: nec enim decet animas, quæ poſt mortem in loco ſancto ſunt conſtitutæ, deſcendere rurſus in corpus, niſi in loco ſancto & mundo, qualis eſt terra Iſraël. Ezech. 37. v. 13. Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris, popule meus: & inducam vos in terram Iſraël. Deinde: & dabo Spiritum meum in vobis, & viuetis.

Hoſpes Eleates apud Platonem in Politico docet regnante Saturno eodem modo reſurgere ſolitos homines, quo naſci. τὸ δὲ γηγενὲς εἶναί ποτε γένος λεχθὲν, τοῦτο ἦν τὸ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐκ γῆς πάλιν ἀναστρεφόμενον: id eſt Quod autem dicitur quandoque genus ortum ex terra fuiſſe, ea tempeſtate id ex terra rediuiuum emergebat.

Quando futura ſit Reſurrectio.

IN libro. *Paluis Aromatarias* Reſurrectionem futuram aduentu Meſſiæ dicit R. Mekir.

משיח בן דוד יקבץ את ישראל המשולים לכוכבים שנאמר הבט נא השמימה וספור הככבים וגו' וכתיב בתריה ויאמר לו כה יהיה זרעך: ויקרא לכולם בשם דכתיב מונה מספר לככבים לכולם בשם יקרא כי בביאתו יחיו כולם כמו שנבא ישעיה ואמר המוציא במספר צבאם לכולם בשם יקרא מרוב אונים ואמיץ כח איש לא נעדר: והרבה מהגאונים אמרו שבביאותו לא יחיו כי אם הצדיקים ואמת הוא שכן כתוב בדניאל ורבים מישני אדמת עפר יקיצו וגו': אבל אחרי כן יחיו כולם:

Id eſt Meſſias filius Dauid colliget Iſraëlitas, qui aſſimilantur ſtellis, quomodo dictum eſt Gen. 15. v. 5. Suſpice cœlum, & numera ſtellas &c: deinde: & dixit ei: Sic erit ſemen tuum; & vero omnes nomine vocabit Pſal. 146. v. 4. Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnes eas nomine vocat: & enim aduentu eius

resurgent, & viuificabuntur omnes iuxta prophetiam Esa. 40. v. 26. Qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat præ multitudine fortitudinum: & fortis potentia vir non deficiet. Multi vero Gaonitarum dixerunt aduentu Messiæ non resurrecturos, nisi iustos; quod verum est: sic enim est scriptum in Daniele 12. v. 2. Et multi è dormientibus terræ pulueris euigilabunt &c: Verum postea resurgent omnes.

Platonici tum demum mundum in pristinum statum rediturum censent, quum quælibet anima generationes omnes sibi tributas impleuerit.

Quinam sint resurrecturi.

SOlos Israëlitas & proselytos resurrecturos credunt Iudæi, reliquos vero populos, quandoquidem eorum animas statuunt mortales, vt postea explicabimus, perituros dicunt eo detorquentes illud Esa. 26. v. 14. Rephaim non resurgent. Omnes autem Israëlitas ad vi-

tam æternam reſurrecturos aſſerunt iuxta illud Rabbinicum:

כל ישראל יש לחם חלק לעולם חבא.

Id eſt Omnes Iſraëlitæ participes ſunt futuri ſæculi. Eam rationem reddit Autor libri. Pomum & flos ad dictum 26. Ex Talmud. lib. סנהדרין

כל חנשמות של ישראל הם באות מחעשר ספירות כנודע: וכמו שחספירות חם כלם אחדות אחת: כן כל הנשמות חם אחדות אחת לפי שחם נצר אחד של מטעי יי״ כלומר של אותם עשר נטיעות אשר האציל הוא יתברך: ואם כן ראוי הוא שמעשה ידיו להתפאר.

Id eſt omnes animæ Iſraëlitarum procedunt à decem ſephirot, id eſt numerationibus, vt notum eſt: quemadmodum ergo numerationes illæ omnes in vnum vniuntur; ſic omnes animæ in vnum etiam iunguntur: ſunt enim vnus ſurculus plantationum Dei, id eſt decem illarum plantationum, quas ſelegit Deus benedictus. Ideoque æquum eſt, vt opus manuum eius glorificetur iuxta illud Eſa. 60. v. 21. Populus autem tuus omnes Iuſti, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus

manus meæ ad glorificandum.

Obiicies multi Iudæorum parum boni ſunt, multi peſſimi; quomodo ergo omnes reſurgent in vitam æternam? nonne ſcriptum eſt Dan. 12. v. 2. & multi de dormientibus terræ pulueris euigilabunt, alii in vitam æternam, & alii in opprobrium mundi.

Reſpondent Rabbini fore, vt Iſraëlitæ etiam peſſimi pœnitentiam agentes, vel per aliquot reuolutiones iuſtificentur: Deus enim, inquiunt, videns Iſraëlitam in aliqua periodo peſſimum extitiſſe, reuoluet animam eius alia periodo, in qua poſſit Deo placere; quemadmodum optimus agricola, inquit R. Menachem Rekanat in libro. טעמי מצות Rationes præceptorum:
שנטע אילן ראה שלא הצליח עקרו ושתלו במקום אחר
id eſt qui plantauit arborem, videns eam non agere proſpere radices, plantat illam in alio loco. (Sed de his poſtea fuſius) illaque opera bona, quæ fecit in illa periodo, qua peccator fuit, ſeruat illi Deus in ſequentem periodum; vel dat illa Deus Iuſtis, qui in adoleſcentia diem

suum immature obierunt.

In lib. Succus malorum granatorum הקבה" נותן אותן לצדיק שנסתלק בבחרותו ולא השלים לבושו כל הצורך.

id est dat ea Deus benedictus Iusto qui in adolescentia sua diem suum obiit, neque potuit perficere vestem suam, omnino vt par erat. Vnde Psal. 32. Beatus qui tectus est peccato, id est, inquiunt Rabbini, bonis operibus quæ fecit peccator: quomodo Iob. *27*. v. 17. Præparabit impius, sed iustus vestietur illis. Nec vero corpus illud resurgendo assumet, quo præditus peccator extitit; sed aliud, quo indutus in alia periodo pie vixerit: ita explicant illud Leu. 14. v. 42. Iubebit luto alio liniri domum. Quod si qui peccatores in vltima periodo in animo quidem habuerint pœnitentiam agere, nec tamen morte interueniente potuerint: suscitabit, inquiunt, illos Deus, sed in opprobrium: hoc est quod dicitur Dan. 12. v. 2. Multi de dormientibus terræ puluceris euigilabunt: alii in vitam æternam, & alii in opprobrium mundi, donec tandem, inquit R. Moses filius Schemtof

in lib. *Anima ſapientiæ*, perfectam egerint pœnitentiam.

עד שישובו אל יוצרם בתשובה שלמה:

donec conuerſi fuerint ad creatorem ſuum pœnitentia perfecta. Tunc enim gloria æterna fruentur. Si vero quis fidem ſuam penitus abnegauerit, nec vllo vnquam tempore potuerit conuerti; Ille non cenſetur Iſraëlita.

כל המחלל ברית של מקום אינו בכלל ישראל.

Id eſt Qui prophanat pactum Dei, ille non cenſetur Iſraëlita: Ideo tamquam prophanus, & è numero aliarum gentium; non reſurget, ſed peribit anima ipſius: (Nec vero admittunt Iudæi pœnam æternam in Gehenna, vt iam diximus ſupra) ſoli itaque Iſraëlitæ reſurgent ſecundum doctrinam Iudæorum. Quorum alii quum ſint ſepulti in Hebron, alii in aliis terræ ſanctæ partibus, alii extra terram Iſraël, eo tamen per ſubterraneas cauernas aducti: primos omnium reſurrecturos dicunt eos, qui ſepulti ſunt in terra Iſraël, deinde eos, qui in eam ex aliis terræ regionibus ſunt delati, poſtremo eos, qui in Hebron recumbunt:

recumbunt : sic explicantes v. Esa. 19. cap. 26. *Viuent mortui tui.*

אלו המתים בארץ ישראל שהם מתי הקבה״ ולא על ידי מלאך המות.

id est hi sunt, qui in terra Israël diem suum obierunt: sunt enim mortui Dei benedicti, nec subiecti Angelo mortis. *Cadauera mea resurgent :*

אלו המתים שבחוצה לארץ.

id est hi sunt mortui extra terrā sanctam. *Expergiscimini & laudate habitatores pulueris* אלו ישני חברון. Hi sunt dormientes Hebron. Verum, inquies, videntur dormientes Hebron debere primi resurgere, quia in Hebron sepulti sunt Adam, Abraham, Isaac, & Iacob &c: Dicunt tamen Iudæi vltimo resurrecturos dormientes Hebron; scilicet vt videntes filios suos iam resurrexisse, maiori gaudio afficiantur : quomodo non creauit Deus hominem, non introduxit illum in mundum, nisi postquam mundus fuit omnibus sui partibus absolutus: ואמרו רבותינו זכרונם לברכה בת קול מתפוצצת במערה ואומרת הקיצו ורננו שוכני עפר לבא אל ארץ מלאה.

Id est: Tunc filia vocis, inquiunt Magistri nostri beatæ memoriæ, (est autem filia vocis secundum Cabalistas vox cuiusdam virtutis diuinæ, quæ vocatur קול vox) diffundetur per speluncam Hebron clamando. *Expergiscimini & laudate habitatores pulueris* venientes in terram plenam Iustis filiis vestris. Hicque notandum est dormientes Hebron vltimos resurrecturos, id est vltimos Iustorum: nec enim aduentu Messiæ statim resurgent nisi æquissimi; postea omnes quidem Israëlitæ resurgent, vt diximus.

Quis erit effectus Resurrectionis.

SEcundum doctrinam Iudæorum teste R. Mekir in lib. *Puluis Aromatarius* Israëlitæ resurgent eo habitu, quo fuerunt in mundo. Ier. 31. v. 8. Reducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos de lateribus terræ: inter eos erunt cœcus & claudus, & prægnans & pariens simul: cœtus magnus reuertentur huc. Zach. 8.

v. 4. Adhuc habitabunt ſenes & anus in plateis Ieruſalèm.

מלמד שכל צדיק חוזר כמו שהוא נפטר מזה העולם.

Docet vnumquemque Iuſtum talem rediturum, qualis migrauit ex hoc mundo. Hinc diſcimus quod, ſi quis claudus, aut cœcus mortuus fuerit, eundem quoque & claudum & cœcum ſuſcitaturus ſit Deus, vt alius alium poſſit agnoſcere. Poſtea tamen Deus omnem imperfectionem ab eis remouebit Eſa. 35. v. 6. Tunc ſaliet vt ceruus claudus, & laudabit lingua muti. Vnde etiam morbos omnes, & plagas omnes à populo Iſraëlitico auferet Deus: ſicut ſcriptum eſt Eſa. 33. v. 24. & non dicet habitator, ægrotus ſum: populo qui habitat in ea remiſſa eſt iniquitas. Tunc renouabit Deus generationis viam. Verum:

מאין יבואו הרוחות לעשות תולדות לזה העולם
שהרי אין שם רוח כי כבר הוא חרובה?

id eſt Vnde venient Ruchot, Spiritus in mundum ad opus generationum, quandoquidem nullus erit in mundo Ruach Spiritus, cum iam mundus ſit deſertus: id eſt quum expletis generationum pe-

riodis Spiritus è mundo recesserint ad receptacula sua, & inde se adiunxerint potentiæ animæ quæ dicitur Neschamah. על דבר זה כתוב Id est super hoc scriptum est Ezech. 36. v. 26. & Spiritum nouum dabo in medio vestri. Prolongabit Deus populo Israëlitico annos & tempora viuendi iuxta illud Esa. 65. v. 22. Iuxta dies arboris erunt dies populi mei. Et v. 20. Non erit inde vltra infans dierum & senex, qui non impleuerit dies suos: quoniam puer centenarius morietur: Hoc est si quis annum agens centesimum moriatur, dicetur de eo, quod in infantia eius, quod vt paruulus infans mortuus fuerit. Enim vero id non continget: scriptum est enim Esa. 25. v. 8. Præcipitabit mortem in sempiternum, & auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra. Ita Platonici dicunt fore, vt animæ induant corpus immortale: cum enim, inquiunt, hac in re animæ ipsius perfectioni potissimum consulatur, tale reddetur corpus, quale conuenit animæ sempiternæ, sem-

piternum vt ait Pythagoras:

ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερος
ἔλθῃς
ἔσσεαι ἀθάνατος: θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι
θνητός.

id eſt, *Cum relicto corpore liber æthera
conſcenderis
Eris immortalis; Deus æuiternus,
non amplius mortalis.*

Cupiditates innatas & inclinationes ad malum auferet Deus ab eis, prout ſcriptum eſt Ezech. 39. v. 26. Daboque vobis cor nouum, & Spiritum nouum dabo in medio veſtri, & auferam cor lapideum è carne veſtra, daboque vobis cor carneum. Quin etiam totus mundus ad Deum conuerſus iuri eius & legi ſubditus erit: quemadmodum ſcriptum eſt Soph. 3. v. 9. Tunc enim vertam ad populos labium electum, vt inuocent omnes nomen Iehouæ, vt ſeruiant ei humero vno. Tunc temporis Deus templum ſanctum tertium inſtaurabit ſecundum formam, & figuram illam, quam vates Ezechiel contemplatus eſt. Denique ſe Deus Iſraëlitis ita manifeſtabit, vt

cum facie ad faciẽ visuri sint. Esa. 40. v. 5. Reuelabit se gloria Dei, & videbit omnis caro pariter, quod os domini locutum sit. Quin etiam faciet Deus, vt Israël totus prophetizet, quemadmodũ scriptum est Ioël 2. v. 28. Erit autem post hæc effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ, senes vestri somnia somniabunt, Iuuenes vestri visiones videbunt: & hoc est quod ait autor noster. Quorum ipse, dum viueret, quamuis maxima cura, & studio conaretur, verum sensum assequi non poterat, quando resurget, illa radicitus, & perfecte intelliget.

Rationem hanc afferunt Platonici. Quanto perfectior homo est, quam bruta, tanto facilius, perfectius, & sæpius finem suum posse consequi debet, quam illa suum: In præsenti vero habitu contra contingit; Ex quo patet homines, ob id proprie, quod à prima sua temperatione discesserint, ad fœlicitatem suam maxima cum difficultate contendere, facillime eam tum demum

assecuturos, quum in habitum priorem restituti iam fuerint.

Plato in Philosopho. Præclara spes est, inquit, futurum, vt postquam ex hac vita decesserimus, ea omnia abunde consequamur, quorum gratia, dum viueremus, vitam optime instituere summo studio cupiebamus, in eamque rem omni contentione incumbebamus, vt vita functi fœlicem huiusmodi finem adipisceremur. λέγω δὲ οὐδὲν σοφὸν, ἀλλὰ ὅπερ ἅπαντες, ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι γιγνώσκομεν τινὰ τρόπον. id est: Nec exquisitum quidquam, abstrusumque dico, sed quod omnes Græci & Barbari modo quodam cognoscimus.

Nullus est qui curet opera aliorum populorum.

HAbent tamen alii populi suæ speciei protectorem angelum iuxta illud Dan. 10. v. 13. Princeps autem regni Persarum restitit mihi : & apud Ouidium.

Mulciber in Troiam ; pro Troia stabat Apollo.

דע כי כשהשם יתברך רוצה לעקור או להשפיל אומה למטה אינה משפילה עד שמשפיל שר שלה מקודם במרום : שהרי אמרו זכרונם לברכה: אין אומה נופלת אלא אם כן נופל שרה תחילה.

Id est. Scito, inquit R. Ioseph filius Carnitolis in libro. *Portæ Iustitiæ* : Quando vult Deus benedictus extirpare, vel profligare gentem infra, eum non ante illam profligare, quam principem eius supra profligarit : dicunt enim magistri nostri beatæ memoriæ : Non cadit populus, nisi prius ceciderit Angelus princeps eius, quomodo scriptum est Esa. 24. v. 21. In die illa visitabit Dominus super militiam

cœli

cœli in excelso, & super reges terræ in terra. Sicque explicat R. Mekir in libro. *Pulvis Aromatarius* illud Psal. 149. v. 8. Ad alligandos reges eorum in compedibus: id est, inquit, Reges & principes eorum in terra: & nobiles eorum in manicis ferreis: id est Angelos præfectos eorũ supra. Ita Exod. 14. v. 14. Dixit Moses ad populum. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis: id est profligabit Deus Angelum protectorem Ægyptiorum.

Vere stant super Domino.

ID est: Quando aduersus Israël cõgregantur accusatores illi, perinde est ac si aduersus Deum congregarentur, vt dicitur in Zohar sect. בא col. 57.

כיון דעל ישראל אתכנשו על יהוה אתכנשו.

Dedit illis Deus in firmamento.

ID est: Firmamentum est regnum Israëlitarum.

Discimus corpora cœlestia nullam virtutem neque influxum habere in populum sanctum.

אפעל פי שהמזלות מורים על עניות ודלות וחסרון בנים וקוצר חיים : אותו הצדיק עולה למעלה ממקום הכוכבים והס״ העלייה ואז מפיק כל צרכיו ודוחק מערכת המזלות שהעלייה היא סוד מקום כל המזלות.
ait R. Ioseph in libro. *Portæ Iustitiæ*: id est: Quamuis influentiæ designent afflictionem, tenuitatem, & defectum filiorum, & breuitatem vitæ: nihilominus Iustus ascendit sursum à loco constellationum: scilicet ad locum supremum, vnde omnia sibi necessaria educit, & auertit astrorum positum. Supremus enim ille locus mysterium est loci omnium influentiarum: quia est locus.

מזל הגדול שמשם ישאבו כולם.

id est influentiæ magnæ, vnde omnes aliæ hauriuntur. Hæc est numeratio suprema כתר Corona; beneplacitum Dei, quod est origo & causa rerum omnium. Et vero, inquit, Iamblichus, γελῶ δὲ

ἐγώ γε καὶ τοῦτο ἀκούων, ὡς αὐτόματός ποσιν ὁ Θεὸς πάρεστιν, ἤτοι διὰ γενέσεως περίοδον, ἢ δι᾽ ἄλλας αἰτίας: οὐ γάρ ἔτ᾽ ἔσται τὸ ἀγέννητον τὸ κρεῖττον, εἰ ἡ περίοδος αὐτὸ ἄγει τῆς γενέσεως: οὐδὲ πρῶτον αἴτιον τῶν ὅλων, εἰ καὶ ἄλλας αἰτίας, καὶ αὐτός τισι συντάττεται: ταῦτα μὲν οὖν ἀνάξια, καὶ τῆς περὶ θεῶν ἐννοίας ὑπάρχει, καὶ τῶν ἐν τῇ θεουργίᾳ γιγνομένων ἔργων ἀλλότρια. Id est. Rideo ego & illud audiens, Deum sorte quadam, & quasi ex machina aliquibus adesse potentia figuræ cœlestis in genesi, vel propter alias causas: Nec enim quod est ingenitum esset optimum, & prima causa omnium, si per generationis periodum, & per alienas causas alicui manciparetur. Hæc itaque sunt indigna cogitatione, quam de Diis habere debemus, & aliena ab his, quæ in Theurgia fiunt, (in qua παρὰ μόνων Θεῶν ἡ τῶν θείων ἔργων ἐνδίδοται κατόρθωσις, ἐπεὶ οὐκ ἔχρην ὅλως τῇ θεραπείᾳ παρ᾽ ἑαυτῶν, αἱ ἡμῖν ὑπῆρξε τὰ θεῖα ἀγαθά: id est, Ipsa diuinitas sola causa est operum diuinorum; alioqui non esset nobis ad hæc religio necessaria, si absque deorum cultu compotes essemus bono-

rum diuinorum.) Enimvero quæ ſit aſtrorum virtus & potentia eleganter explicat Plotinus. Enn. 3. lib. 1. cap. 6. Profecto, inquit, ſingula ſecundum naturas ſuas fiunt, Equus quidem, quoniam ex equo: Homo autem quoniam ex homine naſcitur: quin etiam talis vel equus, vel homo, quoniam fit ex tali: Conducat ad idem quoque vniuerſi motus, concedens tamen genitoribus, genitiſque quamplurimum: tradant vero cœleſtia, quantum ad corpus ſpectat, multa, & hæc quidem conditione corporea, calores, frigora, complexiones corporum conſequentes: at quonam pacto mores, & ſtudia, præſertim quæcumque non videntur corporum complexionibus obſequi: ſeu quod aliquis ſit Grammaticus, vel geometra, vel aleator, taliſque rei, aut talis inuentor. Poſt modum. Præſtat vero dicere cœleſtia pro vniuerſi ſalute percurrere, ſed interim ad alium quemdam vſum conducere; quo ſcilicet qui illa ſuſpiciunt quaſi litteras, qui videlicet litteraturam huiuſmodi nouerint, futura legant ex ipſis figuris comparatione qua-

dam analogica indagantes ſignificatum: quemadmodum ſi quis dixerit auem per ſublimia peruolantem actiones quaſdam ſublimes ſignificare.

Tunc fortuna aduerſa vſus eſt.

ITa Plato in Theæteto. παραδειγμάτων, ὦ φίλε, ἐν τῷ ὄντι ἑστώτων, τοῦ μὲν θείου εὐδαιμονεστάτου, τοῦ δὲ ἀθέου, ἀθλιωτάτου &c: id eſt Quandoquidem, mi Theodore, in ipſa rerum humanarum communitate duo ſunt exemplaria, & quaſi ſumma capita, vnum quidem diuinum, fœliciſſimum: aliud impium, miſerrimum: dum illi non perſpiciunt rem ita habere, ſtoliditate quadam, extremaque veſania abrepti, ignorant ſe huic quidem per iniquas actiones aſſimilari, illi vero plane eſſe diſſimiles; cui quidem pœnas pendunt vitam huiuſmodi ducentes, quæ ei, cui aſſimilantur, quadret, atque conueniat. In libro. *Portæ Iuſtitiæ.*

שלא זכה בעונותיו לעלות מן הזרעות הרי הוא ככל המזלות ונידון על פי הכוכבים לפי שהככבים והמזלות הם מן הזרעות.

Id eſt qui propter iniquitates ſuas non poteſt à materialibus euehi; Ecce ille ſequitur ordinem omnium conſtellationum, & iudicatur ex ſtellis: ſunt enim ſtellæ & aſtra materialia. Quamobrem eleganter monet Plotinus Enn. 2. lib. 2. cap. 9. Danda eſt opera, ne id ipſum forte ſimus, quod eſt compoſitum, corpus videlicet animatum, in quo natura corporis magis præualet, veſtigium quoddam animæ nacta; adeo vt vita ipſa communis corporis ſit potiſſimum: quæcumque enim huius ſunt, corporea ſunt. Ad alteram vero animam, quæ extrinſecus extat, aſcenſus pertinet ad ſublimia, ad pulchrum, ſcilicet, atque diuinum, quibus nihil dominatur: Immo vero ea anima vſus eſt, vt quis id ipſum euadat: atque ſecundum hoc viuit, quando in ſe ipſum ſe recipit. Quicumque vero animæ ſic inſtitutæ ſit expers, iam viuit in fato: & in hoc vitæ habitu ſtellæ homini non ſolum ſignificant: verum etiam

ipse sit tanquam pars, totique, cuius ipse pars est, non iniuria seruit. ἔρημος ταύτης τῆς ψυχῆς γενόμενος ζῇ ἐν εἱμαρμένῃ, καὶ ἐν ταῦτα τὰ ἄστρα αὐτῷ οὐ μόνον σημαίνει, ἀλλὰ καὶ γίνεται αὐτὸς οἷον μέρος, καὶ τῷ ὅλῳ συνέπεται, οὗ μέρος.

Exorsus est ille puer.

NOtandum est apud Hebræos etiam maiores natu vocari pueros, vt monet Maiemonides in more Neuochim parte 2. cap. 32. Sic Gen. 42. v. 22. Ioseph Iustus, quum iam triginta esset annorum, puer appellatur: Sic Iosue in historia de vitulo puer vocatur, cum prope sexaginta annos natus esset. Exod. 33. v. 11. Minister eius Iosue filius Nun puer.

Ecce 45. loquere.

ID est: Tu qui es אדם homo, quia nomen אדם complectitur 45. ideoque

filius meus es, & nomine meo vocaris; nomen enim meum plene ſcriptum יוד הא ואו הא etiam 45. continet, teſtare me eſſe vnum &c: Audi Iſraël dominus Deus noſter Deus vnus eſt.

Quare feci te מה *45.*

ID eſt quare feci vt eſſes 45. id eſt אדם homo ad ſimilitudinem meam, niſi vt aptior eſſes ad cultum meum, & quare fatigaui te in 45. eligendo te in populum meum, & educendo te de Ægypto, niſi vt traderem tibi legem meam.

Nomine meo 42. litterarum.

R. Mekir Aldabi deducit hoc nomen ex nomine 4. litterarum hac ratione יוד numerice eſt 20. הא 6. ו. 6. הא 6. Simul 38. adde 4. litteras יהוה erunt 42. Alii deducunt ex nomine diuino ſic ſcripto יוהההוה. Hinc componunt nomen במ 42. Pſal. 68. v. 18. Dominus

במ

בם in Sinai, id est Deus cuius nomen est בם ex 42 litteris. ב autem est principium geneseos, ם finis; quasi vellet dicere Psaltes. Dominus autor creationis erat in Sinai.

De nomine 72. litterarum.

DEducunt etiam ex nomine quatuor litterarum nomen 72. sumendo י seorsim, id est 10: deinde יה id est 15: postea יהו id est 21: tandem יהוה 26. per additionem illorum omnium 72: Alii deriuant ex nomine sancto sic scripto plene יוד הי ויו הי.

De nomine 12. litterarum.

NOmen vero duodecim litterarum varie formant. Alii ex additione duarum litterarum חא & הא: Alii ex Vau sic scripto וו. Alii multiplicando 4. litteras יהוה per tres differentes יהו. etenim ter 4. producunt 12.

De nomine 4. litterarum.

HOrum omnium nominum origo est nomen 4. litterarum יהוה, quod quadratum vocant, quia, inquit, R. Mekir Aldabi eius nominis litteræ שומרות עצמם במספר id est se se conseruant in numero: nam יי decies 10. producunt 100. Ecce semper 10 remanent. ה ה; quinquies 5. 25. Ecce 5 remanent. ו. ו. Sexcies 6. 36. semper remanent 6. וזה יורה על היחוד id est: & hoc demonstrat vnitatem, scilicet illius nominis, & significati eius.

Iuuenis ego sum, illi, senes &c.

SVbiunge ex autore Examinis mundi. צעיר אני לימים והמה ישישים : בער אנכי מאיש והמה חכמים מחכמים : טרם אוצר בבטן שפכו הסוללות להסגירני : טרם הבראי כוננו המצודות לצודדני : ועד לא אצא מרחם לכדו המעברות לתפשני : המה צברו עפרי המה קרוני וימינם טפחתני : ואולם כפי חיוב המערכת.

Paulo post :

אספו לי חסידי רופאי גלעד קראו לי נאמני יודעי
צירי: עוד הוסיפו צרי עוד תוסיפו: חפשו אלי ספר
רפואות הגנוז וחקרו כל חכמת מצרים ושאלו את
החרטומים היש מגיד לי במה ישב כחי במה אוכל
לתקן את אשר עותו המצב השמימיי מיום הוסדי.

id est: Iuuenis ego ſum, illi ſenes (nempe Cœli) ſtultiſſimus ſum virorum: illi vero ſapientiſſimi ſapientum: antequam formarer in vtero, ingeſſerant aggeres terræ, quibus concluderer : antequam, crearer, parauerant retia, in quæ inciderem : antequam egrederer à vulua, vias occupauerant, vt caperer. Illi collegerunt puluerem, ex quo factus ſum: illi vocauerunt me, & dextera eorum palmauit me, profecto ſecundum neceſſitatem conſtellationis. *Paulo poſt.* Congregate amici mei medicos Galaad: vocate fidi mei eos, qui norunt dolores meos. Adhuc creuerunt anguſtiæ meæ, adhuc creuerunt. Scrutamini librum illum occultum, in quo omnia remedia continentur ; & omnem ſapientiam Ægyptiorum indagate : Conſulite Magos, qua ratione poſſim recuperare vires

meas, quomodo poſſim reparare, quod poſitus cœlorum deſtruxit à die, quo creatus ſum.

במזל

OMnia pendent במזל. Infra cap. 29. & 30. exponitur ab Influentia, id eſt à Deo, qui in omnia influit.

Non בזכותה:

EXponitur etiam infra iiſdem capitibus. Non à cœlo, ſiue non ex debito à cœlis illato.

Animæ reliquarum gentium deriuantur ab Intellectu agente.

INtellectum diuidit ſchola peripatetica in Agentem, & patientem. Intellectus agens eſt præcipua animæ pars, differentiam animæ vocat Ariſtoteles 3. de anima cap. 5. Eſtque animæ ratio-

nali velut habitus, quo ipſa ex potentia intelligibilibus elicit efficitue actu intelligibilia: quum enim potentia Intelligibilia ſint materialia, fieri nequeunt actu intelligibilia, niſi ſua exuta materia, per abſtractionem ſcilicet: qualia ab ea potentia effici non poſſunt, quæ vtatur ad operandum organo materiali, quæque ipſa ſit materialis, quippe quum nihil agat vltra vires ſuas: ſola eſt igitur intellectrix anima, quæ ea facere poſſit cum ſit immixta & non vtens organo in ſua functione obeunda. Ita dixit Ariſtoteles 3. de anima cap. 5. *καὶ ἔστιν ὁ μὲν τοιοῦτος νοῦς τῷ πάντα γίνεσθαι: ὁ δὲ τῷ πάντα ποιεῖν ὡς ἕξις τις.* id eſt: Atque quidam intellectus talis eſt, vt omnia fiat, quidam talis, vt omnia agat, atque efficiat, vt habitus quidam. Hinc in Arabum ſchola Algazel, Anima, inquit lib. 2. tract. 5. cap. 2. indicat eſſe intellectum agentem: anima enim humana eſt ſciens intellectorum abſtractorum, & intentionum vniuerſalium in principio pueritiæ, ſed in potentia: poſt vero fit ſciens actu: omne autem quod exit de potentia ad

actum, eget causa, qua trahatur ad actum: Hæc igitur anima eget causa: impossibile est, vt ista causa sit corpus; corpus enim non potest esse causa eius, quod non est in corpore: scientiæ vero intelligibiles constituuntur per animam, quæ non est corpus, nec impressa corpori; quoniam non intrat locum, nec terminum ad hoc, vt inueniatur ei aliud corpus, vel opponatur ei, & agat in illud. Igitur causa eius est substantia nuda à materia, quæ quia pura est, & à materia nuda, vocatur Intelligentia, & quia agit continuo in animas, vocatur agens; estque omnino de numero substantiarum intelligibilium. Hanc substantiam quæ est Intellectus agens peripatetici statuunt esse animæ partem, & differentiam eius, vt diximus, vno verbo esse re ipsa ipsam animam quæ est forma corporis; alioqui si esset quid extrinsecum, non esset in nostra potestate intelligere cum libet, principio efficiente intellectionem extrinseco existente. Præterea Intelligere non esset operatio humana, quum operatio sit tribuenda potius

actiuo principio ; quam passiuo. Nec obstat quod ab initio ortus, Intellectus non insit nobis perfectus, quoniam in corpore existens vt actus eius, nequaquam ab initio perfectus esse potest, sed vsu perfectibilis, quippe qui sensibus indiget, & phantasia, quæ cum corpore roborantur, atque perficiuntur : ac propterea, quamdiu versatur in corpore, necesse habet Vniuersalia, quæ ipse suo opificio à materia, & à conditionibus materiæ separauit, cum phantasmatibus, & in singularibus intelligere ; ita vt intelligere vniuersalia vniuersali modo absque conditionibus materiæ, arguat Intellectum esse separabilem & immixtum: Intelligere vero ipsa in singularibus, arguat esse in materia, impeditumque. Nihilominus tamen, ideo quia statim ab infantia non ratiocinamur, principium intellectionis, siue Intellectum agentem extrinsecum quidam posuere. Alexander Aphrodisæus constituit ipsum esse Deum optimum maximum, qui prima causa est rerum omnium, & primum ens, à quo cuncta entia in esse depen-

dent: tum quia Deus ſolus in vniuerſo omnia facere poſſit, quod eſt proprium Intellectus agentis: tum quia Deus ab omni materia ſeparatus eſt actus puriſſimus, & de ſe actu intelligibilis, ac omnino primum per ſe intelligibile; quod eſt proprium Intellectus agentis, quum debeat ſeparare phantaſmata ab omni materiæ commercio, & poteſtate, atque ea facere actu intelligibilia. Marinus exiſtimat eſſe intellectum dæmonicum vel angelicum: ſic apud Maimonidem in more Neuochim parte. 2. cap. 6. dicitur angelus princeps mundi Intellectus agens, à quo omnes formæ proueniunt. Auicenna aſſiſtere cenſet elementali mundo, eumque vocat Intelligentiam *Colchodeam*; id eſt datricem formarum. Auennazar, & Auerroës opinantur eſſe vnam quādam intelligentiam abſtractam infra Lunam, aſſiſtentem non toti mundo ſublunari, ſed toti, ac ſoli ſpeciei humanæ. Algazel loco proxime memorato: Quæ autem, inquit, dignior eſt ex omnibus illis, vt hoc attribuatur ei, quam Intelligentia, quæ eſt vltima decem Intelligen-

telligentiarum : hanc autem superius lib. 1. tract. 5. cap. 1. constituerat assiste- re orbitæ Lunæ.

R. Mekir Aldabi in libro, *Via fidei,* ומצאו כי עוד יש גלגל עשירי יהיה קדש וקראוהו גלגל השכל והוא שכל הפועל.

id est : & compererunt, inquit, adhuc esse sphæram decimam, quæ sancta est, quam vocauerunt sphæram Intellectus: Hic est Intellectus agens: Vnde quemadmodum Rabbini animas gentium, sic Platonici animam nostram inferiorem ab vniuerso emanare dicunt. Plotinus. Enn. 4. lib. 3. cap. 27. ἀλλὰ τίνος ψυχῆς; τῆς μὲν λεγομένης ὑφ' ἡμῶν θειοτέρας, καθ' ἣν ἡμεῖς, τῆς δὲ ἄλλης, τῆς παρὰ τοῦ ὅλου. Verum, inquit, cuius animæ? an illius, quæ a nobis dicitur diuinior, per quam sumus: an alterius, quæ est ab vniuerso; cuius omnes affectiones, & motiones incitantur à corpore, corpori seruiunt, motionem corporis comitantur : eaque viuit in fato, neque vt agens, sed velut patiens in fatalium numero computatur : si quid ergo huic portendatur ex stellis, illud ex iisdem effici potest

ſimpliciter, vt portenditur, nihil ad hæc anima reſiſtente: eſt enim hæc inferior anima pars quodammodo vniuerſi, quoniam & ab eo dependet, a quo procreatur, concurrentibus videlicet cœleſtibus animabus. Huc refer quod ait Plato in Timæo locro. Natura, inquit, alteratrix acceptis harum rerum mandatis, ipſius opificis quaſi vicem obiuit in mortalibus, & diurnis animalibus efficiendis, quorum animas quaſi perfluxum quemdam inſtillabat: ita alias quidem a Luna, alias a ſole, alias á cæteris aſtris deducebat. Horum ratio peti poteſt ex Hierocle in carmina Pythagoræ. Quandoquidem enim ſtatuunt animas gentium mortales, vt Brutorum cap. 23. & iuxta illud Talmudis:

כל הגוים כאין נגדו מאפס ותהו נחשבו לו.

id eſt Omnes gentes ſicut nihilum coram eo, minus nihilo & inani reputabuntur illi: & והגוים חרוב יחרבו & gentes vaſtando vaſtabuntur. Ideo eas debent ab alio principio, quam à Deo deducere ſecundum ſcholam Platonicam. φαίνεται ἐπὶ τῶν ἀλόγων μόνα γένη αὐτὸς ὑποςήσας

περιτείνων τῇ διαπλαττούσῃ αὐτὰ φύσει, ὡς Πλάτωνι δοκεῖ καὶ Τιμαίῳ τῷ Πυθαγορείῳ, οὐδὲν μὲν προσηκὲς τῶν θνητῶν δημιούργημα εἶναι τοῦ Θεοῦ τιθεμένοις. id est. Videtur porro Brutorum sola genera produxisse Deus, illis naturæ fingenti commissis, vti Platoni, Timæoque Pythagoreo visum est, quibus placet, nihil eorum, quæ morti sunt obnoxia, a Deo immediate conditum esse. Hoc autem principium animarum quæ sunt mortales, quamquam si eius naturam spectemus, sanctum sit, vt ait R. Mekir Aldabi: nihilominus tamen dicitur immundum, & pars siue causa mortis סמרא דמותא; vt diximus ad caput optimum, propter Samaël, quem in eo dominium suum exercere dicunt; ab eoque dæmonas malos ortos esse tradunt (dii alieni vocantur) quos, vt legitur in Zohar sectione In principio col. 128. & 129. creauit Deus לתקונה דעלמא In correctionem mundi iuxta illud 2. Sam. cap. 7. v. 14. Arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum:

מאן נגעי בני אדם ? אלין אינון מזיקין.

id est: Quænam sunt plagæ filiorum ho-

minum? Illi dæmones mali. Idque ex historia Iobi clarissime patet. Quod autem ad naturam eorum attinet:

תא חזי בשעתא דאתבריאו אתקדש יומא ואשתארו
רוחא בלא גופא.

id est Nota: Quando illi dæmones creabantur, sanctificatus est dies, id est dies Sabbati ortus est; ideoque remanserunt spiritus sine corpore: quamobrem circumeuntes mundum, quærunt occasionem corpora subeundi:

אזלין ושאטין בעלמא ובעאן לאתלבשא בגופא ולא
יכלין

id est: Eunt, discurruntque per mundum & quærunt induere corpus, nec possunt: Quòd si aliquando Deo ita permittente, vt affligantur homines, corpora ipsorum subeunt; iis tamen non vestiuntur, id est tamquam propriis non vtuntur 1. Quia imperfecti sunt, ideo à Deo immediate negant eos esse productos:

בגין דלא אשתכללו ואינון פגימין: שמא
קדישא לא שריא בהו ולא אתדבקן ביה:

Id est quia non sunt perfecti, sed sunt defectuosi, nomen sanctum non residet in eis, neque illi adhærent ei; sed à decima

ſphæra & ab igne gehennæ originem trahunt. Quorumdam eorum materialem cauſam eſſe ſemen hominum profuſum dixerunt. Ita in Zohar ſect. In principio col. 96. In centum & viginti annis, quibus Adam continuit ſe ab vxore ſua Eua, venerunt ad eum dæmones, & conceperunt ex eo: ſicque pepererunt Spiritus immundos, lamias, & lemures: Vnde eo tempore elapſo dicitur genuiſſe ad imaginem ſuam Gen. 5. v. 3. Vixit autem Adam 130. annos, genuitque ad ſimilitudinem ſuam: ſcilicet, vt ſcriptura deſignet dæmones; quos interim genuerat, non eſſe ad ſimilitudinem principii hominum. Poſtea narrant natam eſſe Naëmah ſororem Thubal Kain, quæ fuit vxor Schimron; cuius amore correpti ſunt Gáza & Azaël angeli, vnde nati ſunt etiam dæmones; quamquam & aliæ dicantur eorum matres Ogereth, Machaloth, & Lilit, quæ in libro Ben Sira narratur fuiſſe prima vxor Adami è terra creata ſimilis ei, quæ quum illi ſubiici recuſaret, ab eo auolauit, & in odium Adami molita eſt necem infan-

tium, qui ab ipſo erant prodituri; mares quidem die poſt natiuitatem octauo, fœmellas vero die vigeſimo cruciatura. Id vero vbi Angeli à Deo delegati perceperunt, eam vi abripere, ſecumque ad Adamum reducere conati ſunt. Quod animaduertens lilit iurabat eis, quod, quandocumque nomen Angelorum illorum *ſenoi*, *ſanſengi*, *ſanmangeloph*, vel figuram ſaltem ſuper ſchedula, membrana, vel materia quauis alia ſcriptum, pictumue inueniret, poteſtatem ſuper infantes nullam habere, quodque eis nihil mali inferre vellet: quod denique ipſa in ſe recipere patique non recuſaret, vt è liberis ſuis per diem centum morerentur: poſt tempus illud è liberis eius ſchedim, ſiue iuuenes diaboli centum per diem mortui ſunt: & hæc eſt, inquit, cauſa cur nos angelorum horum nomina ſuper Kamea, ſiue ſchedula membranacea ſcribere, infantiūmque noſtrorum collis appendere ſoliti fuerimus; vt nimirum quando lilit ſchedulam vel ſcripturām hanc conſpicata fuerit, iuramenti ſui memor, infantibus damnoſa eſſe

caueat. Hinc etiam quando Iudaica mulier grauida est, scribit pater familias, vel alius vir bonus in ianua cubiculi & interius, & exterius ad parietem quemlibet, & circum lectum litteris Hebraicis אדם חוה חוץ לילית Adam Eua: apage lilit.

Anima vero Israëlitarum emanat à loco sancto.

QVemadmodum animabus gentium principium creatum tribuunt, Rabbini; Ita animas Israëlitarum a principio increato emanare dicunt, siue a loco sancto, a causa munda & sancta, a solio gloriæ, vno verbo a Deo immediate procedere, veluti lumen a lumine, veluti lucernam ab igne: sic Deus vocatur Ignis Deut. 4. v. 24. Dominus Deus tuus Ignis consumens est: & anima dicitur lucerna prou. 2. v. 27. lucerna Dei anima hominis: Vnde נשמה Neschamah nuncupatur quasi מתנשמת באויר id est afflata in aërem,

quemadmodum Lucerna accenditur ab igne quasi halitu ignis in aërem. Eam alii productam a Deo volunt ex igne superiore, ex quo exiliit ignis gehennæ, vt diximus ad caput primum pag. 229.

Igneus est olli vigor & cœlestis origo:

Alii creatam asserunt ex nihilo: vt R. Mekir Aldabi.

הוא אצולה ונמצאת מכבוד הבורא יתברך כאמרו נר יי׳ נשמת אדם והמציאה מאין.

id est Illa emanat & creata est à gloria creatoris benedicti Iuxta illud Prou. 2. v. 27. Lucerna Dei anima hominis: est autem creata ex nihilo. Cabalistæ teste R. Mose filio schemtof vocant Deum arborem cuius fructus sunt animæ, quomodo scriptum est Ose. 14. v. 9. Ego, vt abies virens; ex me fructus tuus inuentus est.

מלמד שהנשמות פרי מעשיו של הקדוש ברוך הוא.

id est docet propheta animas esse fructum operum Dei benedicti. Vnde, inquiunt, recte dicitur anima κατ' ἐξοχὴν Vnica, & vita. Vnica, quia nihil est æquale, vel simile ei in creatis superioribus & inferioribus: & Vita quia est immortalis. Quandoquidem

doquidem vero à Deo emanat, etiam à decem ſephirot ſiue numerationibus emanat, vt legitur in libro. *Succus malorum granatorum*. Sunt enim decem ſephirot vnus Deus, vt ſupra diximus.

כל נשמה ונשמה כלולה מיס״ ולפיכך תהיין כל פעולתיה כפעולות יס״ וכמו שהאדם מצד מעשיו יגביר מדה מן המדות אחרות תהיה כל יתר המדות מתלבשות כעין המדה ההיא.

Id eſt vnaquæque anima Neſchamah deriuatur à decem numerationibus, ideoque omnes actiones eius reſpondent operationibus decem numerationum: at provt quis operibus ſuis reſpondet vni proprietati perfectius quam aliis; omnes aliæ proprietates induunt habitum illius numerationis. Ita dicitur anima Abraham emanare à miſericordia, Anima Iſaac à potentia, & Iacob à Decore. Enimvero vniuerſim dicitur anima Neſchamah procedere vel ab Intelligentia iuxta illud Iob. 32. v. 8. & anima Omnipotentis dat Intelligentiam, & dicitur Anima Intelligentiæ: vel à ſapientia iuxta illud Prou. 24. v. 14. Sic & doctrina ſapientiæ animæ tuæ: Hæc eſt Anima ſa-

pientiæ. Animæ autem ſapientiæ emanatio tribuitur; animæ vero Intelligentiæ creatio. Vnde:

על חלוק נשמות הנזכרים יאמרו בראש השנה אם
כבנים אם כעבדים : כי כל אשר בו נשמה דבריאה
יקרא עבד : ואשר בו נשמה דאצילות יקרא בן.

id eſt Secundum diuiſionem animarum prædictarum dicunt initio anni (*Siue ſicut filij, ſiue ſicut ſerui*) quia quicumque præditus eſt anima creationis vocatur ſeruus. Qui vero animam habet emanationis vocatur filius. Ita apud Ariſtotelem 4. de part: animalium cap. 10. ὀρθὸν μὲν γάρ ἐστι μόνον τῶν ζώων, διὰ τὸ τὴν φύσιν αὐτοῦ καὶ τὴν οὐσίαν εἶναι θείαν, ἔργον δὲ τοῦ θειοτάτου, τὸ νοεῖν καὶ φρονεῖν. id eſt ſolus enim animalium omnium erectus eſt homo, quoniam eius natura atque ſubſtantia diuina eſt: officium autem diuini eſt, Intelligere, atque ſapere. Quemadmodum & apud Platonem in Timæo, anima rationalis à ſummo Deo originem habuiſſe dicitur, vt ab opifice: quum reliquarum productionem diis Iunioribus hoc eſt Intelligentiis demandaſſet. Quãobrem recte anima ſuperior vocatur,

à paterno ſplendore procedens, vt ait Zoroaſter:

χρήσε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος, καὶ πρὸς πατρὸς αὐγὰς
ἔνθεν ἐπέμφθη σοι ψυχὴ πολὺν ἑσσαμένη νοῦν.

id eſt *Oportet te feſtinare ad lumen, & ſplendores patris.*
Vnde demiſſa eſt tibi anima multam induta mentem.

Et ideo quoniam à ſummo Intelligibili fit, habet in mundana vim opificiam, ac vim, qua mundum transgrediatur, & à fato ſe ſoluat, præſertim Deo adiuta: atque hæc ſolutio à fato, quatenus fatalem ordinem videtur transgredi, eatenus in ordine prouidentiæ continetur. Sic à Plotino dicitur ἐλευθέρα καὶ κοσμικῆς αἰτίας ἔξω, id eſt libera, & extra mundanæ cauſæ poteſtatem.



AD CAPVT OCTAVVM.

Animam eſſe ſubſtantiam abſolutam per ſe ſubſiſtentem.



Nimam Intellectiuam eſſe ſubſtantiam abſolutã per ſe ſubſiſtentem, & abſtractam a materia certum eſt apud Platonicos, qui eam aſſerunt creatam ante corpus. Peripatetici vero etiam non pauci in eandem eunt ſententiam iuxta illud Ariſtotelis 3. de Anima cap. 5. καὶ οὗτος ὁ νοῦς χωριστὸς καὶ ἀμιγὴς, καὶ ἀπαθὴς, τῇ οὐσίᾳ ὢν ἐνέργεια. id eſt & Is intellectus ſeparabilis eſt, & non mixtus, paſſioneque vacat, ſubſtantiâ actus exiſtens. Quod maxime patet ex illius modo operandi. Experimur enim animum libere velle, & ſæpe contra inclinationem corporis: Tum animaduertimus

illum indiuidua vniuersaliter cognoscere absque conditionibus materiæ: quod sensibus non conuenit, qui obiecta non percipiunt omnino sine conditione aliqua materiæ, quia singulariter illa cognoscunt. Tum omnia cognoscere materialia & immaterialia, vt quando se ipsum contemplatur, & percipit se in corpore male habere & impediri: quum tamen sensus ne ipsa quidem omnia materialia percipiant, vt materiam primam & puncta, quæ ideo intellectus cognoscit sine speciebus; vt & priuationes, quas intelligit per habitum oppositum (Hinc Aristoteles 1. de anima cap. 3. vt interpretatur D. Thomas. Quod omnia cognoscat animus tam impartibilia, quam partibilia, probat illum esse indiuisibilem: quia si ponimus intellectum impartibilem, facile patebit ratio quomodo intelligat partibile & impartibile: quoniam impartibile intelliget secundum proprietatem naturæ suæ, quæ est impartibilis: partibile vero intelliget abstrahendo ab eo quod est partibile. Quod si Intellectus statuatur partibilis,

qua ratione tandem intelliget impartibile.) Denique constat in ecstasi homines diu mentis ac voluntatis operationem exercere posse sine vllo corporis ministerio, sine vllo phantasiæ adminiculo. Sic Aristoteles de diuinatione per somnum cap. 2. quosdam in excessu mentis futura præsagire dicit, ideo, quia soluta & quiescens à propriis motibus anima, externos & remotos percipit, quod non fieret, nisi sublatis corporis impedimentis acutius cognosceret: & tamen in excessu mentis siue in ecstasi corpus afficitur, quare ipsam morbum appellauit in libro *de Insomniis* Præterea magis distat intellectiua a phantasia, quam phantasia a sensu externo; quia sunt facultates sensitiuæ: quum autem phantasia possit esse sine sensu externo; Quidni ergo intellectiua possit esse sine phantasia? Enim vero si esset mixtus corpori animus, vel esset vt qualitas, & ita esse posset calidus, vel frigidus &c. vel esset vt forma, & ita haberet organum, vt potentia sensitiua, quia quæ sine corpore esse non possunt, sine corpore operari non possunt: sicque

cognoſceret ſingulariter, & corrumperetur ab excellente intelligibili, ſicut ſenſus ab excellente ſenſibili: ſi enim haberet organum, eſſet ratio & proportio illius organi, quæ proculdubio corruptibilis eſt à vehemente motiuo, quemadmodum & concentus, ſiue ratio acuti & grauis in fidibus, ipſis vehementer percuſſis. Verum, vt ait Plotinus Ennead.4. lib. 7. cap. 8. Si ſentire eſt animam vtentem corpore percipere ſenſibilia, Intelligere non erit per corpus apprehendere: alioquin idem futurum eſſet Intelligere atque ſentire. Adde quod ſi ad intelligendum organo vteretur; ad intelligendum organum, alio opus eſſet organo, & ita in infinitum. Præterea ſi vna parte pro organo vteretur, (nec enim toto corpore, vt organo vti dixerit aliquis; quum vna parte corporis mutilata non minus animi operationes fieri experiamur) non omnia intelligeret, vt ſub vnum ſenſum omnia ſenſibilia non cadunt. Denique ſi vllum eſſet organum intellectus, eſſet cerebrum, quod tamen quis dicat, quum non aliter organiſatum

ſit in homine, quam in brutis. Quod enim dicitur animam rationalem eſſe poſitam in ſumma corporis arce, ipſo videlicet capite. Ita intelligendum eſt, quod, quum phantaſiæ ſedes ſit cerebrum, inde intellectus, è phantaſmatibus ſpecies educat. Quæ quidem phantaſia ſi quando lædatur, non læditur tamen intellectus, licet lædi videatur propter affinitatem huiuſce facultatis adminiſtræ, quæ male afficitur læſo temperamento cerebri eius organi, & potiſſimum ſpirituum ibi contentorum, non ſolum in phrenetide, excandeſcente cerebri ſubſtantia ob inflammationem tunicarum operientium; verum etiam in melancholia & mania: vbi cerebro à tetris melancholicis, vel atræ bilis vaporibus occupato, ac eiuſdem ſpiritibus, quorum natura eſt, vt lucidi ſint quum bene valet homo, obtenebratis, & obfuſcatis, idem patitur anima, quod in tenebris ſolet, vt afficiatur mœrore & timore: ita tamen, vt mœror iſte, & timor compoſito, non animæ tribuantur apud Plotinum Ennead. 1. lib. 1. cap. 4. Corpori, inquit,

inquit, se insinuans anima non suscipit passiones, sed compositum; sicut neque lumen recipit passiones aëris, sed est velut vtens, vel sicut figura in securi: magis vtique corpori communes dabimus passiones, corpori, inquam, tali, scilicet naturali, instrumentis prædito, potentia vitam habenti. Est enim absurdum dicere animam texere, sic & appetere, & dolere, sed animal potius hæc pati, vel agere dicendum est. Hinc solum patet animam intellectiuam à corporis vitiis impediri: quod tamen eam esse corruptibilem nullomodo arguit. Et enim in cœli substantia incorruptibili secundum doctrinam scholæ peripateticæ.

Spectamus solis varios, Lunæque labores:

Vnde nec etiam inferri potest animam intellectiuam corpore, vt organo vti, quemadmodum neque quod à terræ corpore Luna eclipsim patiatur, ideo eius ministerio extra eclipsim vtitur ad illuminandum orbem.

Quamobrem certum videtur ani-

mam vt intelligit esse à corpore separatam, immixtam & impassibilem, licet quatenus est principium vitæ vniatur materiæ: Ita apud Plotinum, Ennead. 4. lib. 3. cap. 22. Nunquid dicendum est animam vt intelligit, sic inesse corpori, vt ignis id est lumen inest aëri? Etenim hoc dum adest aëri, non adest, ac per totum præsens nulli miscetur, & manet quidem ipsum, aër vero transfluit. Quapropter, inquit, recte hic licet dicere ὡς ὁ ἀὴρ ἐν τῷ φωτί; ἤπερ τὸ φῶς ἐν τῷ ἀέρι. Aërem esse in lumine, potius quam in aëre lumen: Ideoque Plato in ipsa mundi generatione dici noluit Animam in corpore positam esse, sed corpus in anima collocatum: aitque aliquid esse ipsius animæ, in quo corpus nullum; quantum videlicet ad eas vires animæ pertinet, quibus corpus minime indiget. *Et Ennead. 1. lib. 8.* Hoc autem indicat eam materiæ non vniri: Id rursus ostendit τὸ μὴ εἶναι ἐξ αὐτῆς καὶ ὕλης γενέσθαι, non fieri vnum quiddam ex anima simul atque materia: Hoc denique innuit, non esse animam in materia quasi subiecto:

atque id ipsum est quod dicitur τὸ χωρὶς εἶναι. Animam esse à materia separatam. R. Abraham in libro. *Via fidei* dicit animam esse בפועל מטבע id est actu existentem sui naturâ, nec esse in potentia nisi per accidens. Vnde etiam animam solam vocat Hermes in Pœmandro οὐσιώδη ἄνθρωπον substantialem hominem.

Animam esse dispositionem &c.

QVidam philosophi, vt Galenus, quod animi mores sequantur corporis temperaturam, existimarunt animam esse temperamentum quatuor qualitatum; vel potius substantiam & formam, quæ ad hoc temperamentum sequitur iuxta illud Homeri:

τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε, θεῶν τε.

Talis est mens terrestrium hominum
Qualem in dies inducit pater hominumque deorumque.

Sic Lucretius calorem illi; aërem frigi-

dum, flatumque seu vaporem temperatum tribuit lib. 3.

Est etiam calor ille animo, quem sumit in ira
Cum feruescit, & ex oculis micat acribus ardor,
Est & frigida multa comes formidinis aura,
Quæ ciet horrorem in membris, & concitat artus.
Est etiam quoque pacati flatus aëris ille
Pectore tranquillo qui fit, vultuque sereno &c.

Paulo post:

Sic hominum genus est: quamuis doctrina politos
Constituat pariter quosdam, tamen illa relinquit
Naturæ cuiusque animæ vestigia prima.

Vnde apud Platonem in Cratylo Socrates ait. Existimo eos, qui ψυχῆς animæ nomen indiderunt, huiusmodi quiddam intellexisse, vt illo nomine significare vellent illud, quod, quum corpori adsit, causa sit vitæ, respirandi vim tri-

buendo, corpuſque ἀναψύχοι (id eſt moderata quadam caloris & frigoris temperie refocillando) Cuius ἀναψύχοντος vis, quum deficit, corpus pereat, & moriatur. Inde nimirum ψυχὴν videntur appellaſſe.

Verum contra videmus multos ex temperamento & conſtitutione corporis ad vitia pronos, qui tamen honeſti ſtudio vitiis reluctantur, & virtutem ſequuntur: Inter quos illuſtre eſt Socratis exemplum. Hinc refelli videtur quod dictum eſt: Animam Intellectiuam ſequi temperamentum quatuor qualitatum. Si enim anima intellectiua ſequeretur temperamentum quatuor qualitatum; ſequeretur neceſſitatem materiæ: nam temperamentum eſt qualitas materiæ, ſcilicet ipſius corporis; quemadmodum caliditas ipſius ignis: vt ergo ignis quum ſit calidus, non poteſt non calefacere: ita anima conſequens qualitates corporis, non poſſet niſi ſecundum paſſiones, & propenſiones corporis operari. Quamobrem ſaniores philoſophi docent animam rationalem (quæ

vt intelligit materiæ non est immixta, ideoque huiusmodi inclinationibus superior est) esse formā corporis, & essentiam hominis constituere: Eaque, licet dissoluto corpore desinat esse actus corporis organici; ipsa tamen integra manet, vtpote quum sui naturâ sit abstracta à materia: Ergo & quando fuerit illi adiuncta, separabilis: Nonne ipsa materia essentialis composito, pereunte composito, non perit tamen: est enim incorruptibilis? Sic comparant animam lineæ: abstractam quidem lineæ rectæ, vt cognoscit formas sine materia: quatenus vero est forma corporis, lineæ reflexæ; vt formas in materia existentes contemplatur. Quum autem ipsa indiuisibilis, & immaterialis informet materiam corpoream; non tribuit ei, vt sit forma immaterialis, sed vt sit recipiens & subiectum ad aliquid altius eleuatum: Ideoque in corpore diuisibiliter operatur; atque ita in variis & diuersis animati corporis partibus esse dicitur iuxta varias, atque diuersas, quas cum corpore exercet functiones vt ait Plotinus

Ennead. 4. lib. 3. cap. 23.

Vnde primum ortum est illi malum.

ILlud ipsum, vt refert Socrates ex dictis Ceberis apud Platonem in Phædone, quod in hominis corpus venerit anima, primordium illi fuit exitii, tamquam morbus, atque adeo, vt hanc vitam, calamitatum sensu se excrucians, viuat; tandem vero eo, qui mors vocatur, fine intereat. In hoc quod vitio corporis animum interire opinatur Cebes, reprehenditur à Socrate, qui multis illum rationibus ostendit esse immortalem: Verum est quidem animam humanam, quamuis sua substantia sit immortalis, & propria eius operatio, scilicet Intelligere, sit separabilis: nihil vetare tamen secundum aliquas facultates, & operationes esse mortalem, nempe secundum vegetatiuam, & sensitiuam, tamquam communes ipsi, & corpori, nec non corpore necessario indigētes, ac propte-

rea ſimul cum corpore corruptibiles. Et vtique conſtat ipſam illius actionem propriam, nempe Intelligere, quamuis incorruptibilis ſit, maxime in corpore impediri: Hoc animæ debilitatem vocat Plotinus Ennead. 1. lib. 8. quæ in ſegregatis non reperitur, quia puræ ſunt, & vt dicitur alatæ atque perfectæ, actionemque ſuam peragunt expeditam. Huiuſmodi vero debilitas, inquit, animarum quæ deciderunt in corpus, non eſt alicuius oblatio, ſed alieni præſentia, velut pituitæ, aut bilis in corpore. Ita dixit Plato in Phædone: Quamdiu hoc corpus circumferimus, & immixtus fuerit animus noſter cum tali malo, numquam ſatis quod cupimus, conſequemur. φαμὲν δὲ τοῦτο εἶναι τὸ ἀληθές. Hoc autem veritatem eſſe dicimus. Infinita enim negotia nobis faceſſit hoc corpus propter neceſſariam nutritionem: præterea ſi qui morbi inciderint, impediunt nos à vera verarum rerum indagatione. Illud vero amoribus, cupiditatibus, timoribus, variis imaginibus, & formis, multiſque ineptiis nos replet, vt quidem

verum

verum omnino sit, quod dicitur, Per corpus nullo vnquam modo nobis sapere licere.



AD CAPVT NONVM.

Animam quæ post mortem superest non esse animam quæ erat quum factus est homo.

ITa vt prior illa anima velut harmonia quædam intereat: quod Socrati proponit Simmias apud Platonẽ in Phædone. Si ergo animus, inquit, est harmonia quædam: nimirum quum infinite laxatum fuerit corpus nostrum, aut extentum fuerit à morbis, aut aliis malis: tunc vero plane est necessarium, vt animus intereat, quemadmodum & aliæ harmoniæ, quæ sunt

vel in ſonis, vel in opificum omnibus operibus: vniuſcuiuſque vero corporis reliquiæ longum aliquod tempus perdurant, donec aut concrematum fuerit, aut plane computruerit.

Vt ſe detruderet in carcerem corporis.

SIc eleganter R. Mekir Aldabi in libro. *Viæ fidei.*

דומה הנפש השכלית קודם הרכבתה בגוף למלך יושב בהיכלו. ודומה הרכבתה בגוף למלך אסור ברהטים ודומה הבדלתה ממנו לחבוש שיצא מבית האסורים וחוזר למלכותו.

Id eſt. Similis eſt anima intellectiua, antequam ſocietur corpori, Regi ſedenti in palatio ſuo: adiuncta corpori ſimilis eſt Regi vincto ad tigillum: ſeparata vero à corpore ſimilis eſt ei, qui è carcere egreſſus recuperauit regnum ſuum: & ita explicat illud Eccleſ. 4. v. 2. & laudo magis mortuos, quam viuentes, & fœliciorem vtroque iudico, qui necdum natus eſt.

Plato in Cratylo. Σῶμα, inquit, nonnulli aiunt esse animi σῆμα, id est corpus esse animæ sepulchrum, tamquam ad hoc quidem tempus anima sit in corpore sepulta: quamquam & mihi quidem rectissime videtur Orpheus, ipsiusque studiosi, istius vocabuli originem notasse, videlicet vt significetur animam pœnas pendere, & quidem explicari qua de causa illa pœnas pendat: animam igitur quasi vallum claustrumque, carceris scilicet imaginem hoc corpus circumferre, vt ipsa σώζηται, id est seruetur: ac proinde illud ipsum animæ esse corpus; quod præ se fert vocabulum, donec quæ debet anima, plane in corpore persoluerit, nimirum sit τὸ σῶμα ne vnius quidem litteræ immutatione id est vallum ἀπὸ τοῦ σώζεσθαι. Iuppiter vero pater, ait Plotinus Enn. 4. lib. 3. cap. 12. laborantes animas miseratus, earum vincula, quibus laborant, solubilia fabricauit.

Posuit in via gressus suos ad terram remotam.

ID eloquẽter describit Plotinus Enne. 3. lib. 4. cap. 6. Ingreditur igitur primum vna cum hoc dæmone, quasi cymba hoc vniuersum: deinde natura huius, qui à Platone dicitur fusus mundanus, atque fatalis, comprehendens animam velut in naue, certo quodam ordine collocat in quadam sede fortunæ. Circumducente vero mundana reuolutione quasi vento animam in naue sedentem, vel etiam deambulantem, multa variaque contingunt spectacula: item transmutationes & casus, quemadmodum in ipsa naue, vel iactatione nauis; vel ab ipsius, qui mouetur, impetu proprio, quem habet ex eo quod in naue se habeat præter modum suum: non enim similiter in iisdem quilibet agitatur, aut vult, aut agit. γίνεται οὖν διάφορα διαφόροις ἢ ἐκ τῶν αὐτῶν, ἢ διαφόρων προσπεσόντων; ἢ τὰ αὐτὰ ἄλλοις, κἂν διάφορα τὰ

παραπεσόντα : τοιοῦτον γὰρ ἡ μαρμένη. id est fiunt ergo aut differenti differentibus, vel ab iisdem, vel à differentibus incidentibus : aut eadem fiunt aliis, quamuis differentia sint, quæ incidunt. Tale enim quiddam est, agitque fatum.

Vt acquiratur hæreditas futuri sæculi.

EST in textu יש quod significat futurum sæculum, quomodo Prou. 8. v. 21. Ad dandam hæreditatem diligentibus me יש id est futuri sæculi, vt explicatur in Zohar sect. ויחי col. 511.

מאי יש. דא עלמא דאתי דלא פסק לעלמין :

Id est. Quid est יש ? futurum sæculum, quod in æternum non desinet.

Iste locus à Cabalistis vocatur Arbor.

HAnc arborem sic describit R. Moses filius Schemtof in libro. *Anima sapientiæ.*

אילן יש להקבה" והוא מוגבל לארבע רוחות העולם:
ובו תלויים שנים עשר גבולי אלכסון : ובכולם יש
פקידים ונגידים מופקדים להנהיג העולם השפל :
וישראל שהם קדושים נטלו גוף האילן: ואלכסונים
הם לרוח מזרחית תשעה : לרוח צפונית תשעה:
לרוח דרומית תשעה: לרוח מערבית תשעה והם
לו' ומשם פורחות הנשמות על אותו האילן דכתיב
אני הברוש רענן ממני פריך נמצא:

Id est : Est arbor Deo benedicto terminata ad quatuor mundi plagas: ab ea pendent duodecim termini transuersi, in quibus omnibus sunt præfecti & duces, quibus demandata est cura mundi inferioris. Israëlitæ autem, qui sunt sancti, obtinent corpus arboris. Transuersæ vero lineæ sunt nouem ad Orientem, nouem ad septemtrionem, nouem ad meridiem, nouem ad Occidentem. Vniuer-

sim 36. Hinc germinant animæ super hac arbore, vt est scriptum Ose. 14. v. 9. Ego sum abies viridis, ex me fructus tuus inuentus est.

Hæc vt intelligantur sciendum est ex Zohar sect. בראשית col. 47. In medio illius arboris statui monadem, siue punctum; Iod primam litteram nominis sancti: primam numerationem: ab hoc puncto quasi ad circumferentiam aliæ numerationes, veluti totidem lineæ ducuntur, quas Cabalistæ transuersas vocant.

וכלהו קיימי באלכסונא ברזא דנקודה דקיימה באמצעיתא דאכרע לכלהו בארח מישר סטרא דא בסטרא דא.

Id est. Omnes sephirot stant ex transuerso per mysterium puncti, quod stat in medio flectens eas omnes viâ rectâ quaqua versum. Flectit autem eas additum vltimæ litteræ nominis sancti, quæ est quarta, & ideo designatur per ד, vnde formatur littera ה, quæ plene scripta הא numerice est 6, adiunctaque secundæ litteræ plene scriptæ הא facit 12. (qui numerus etiam exurgit ex ו plene sic

ſcripto יו.) quod eſt myſterium nominis ſancti duodecim litterarum; etiam & duodecim tribuum, vt legimus in Zohar ſect. אחרי מות col. 140.
שבטים אלין תריסר תחומין דמתפרשן מההוא אילנא
id eſt tribus ſunt duodecim termini qui extenduntur ex hac arbore: ſectione vero בראשית ſequitur:
אינון תריסר תחומין. ואינון לד' סט' עלמא תלת תלת לכל סטר ואינון תלת אינון תשעה לכל סטר. לסטר מזרח תשעה. לסטר מערב תשעה: לסטר צפון תשעה. לסטר דרום תשעה.
Id eſt. Hi ſunt duodecim termini, qui in quatuor mundi plagas diſtribuuntur: (quoad myſterium nominis ſancti iuxta illud Pſalmi. 24. Domini eſt terra, & plenitudo eius orbis terrarum. Quoad vero duodecim tribus iuxta illud Gen: 13. v. 14. & 15. Vide à loco, in quo nunc es ad Aquilonem & meridiem, ad Occidentem, & Orientem: omnem terram quam conſpicis dabo tibi, & ſemini tuo in ſempiternum) ita vt remaneant 3. in qualibet quatuor plagarum; quod eſt myſterium 3. differentium litterarum nominis ſancti יהו. Iam vero ter. 3. producent

ducent in qualibet parte 9. 9 in plaga Orientali, 9. in Occidentali, 9. in Septemtrionali, 9. in meridionali. Hæ sunt nouem numerationes, quæ à prima quasi à puncto suo ad circumferentiam emittuntur. Si illæ nouem numerationes, quæ sunt in quatuor mundi plagis in vnum colligantur: fient 36. In quibus continetur mysterium operis Bereschit, & Mercauæ. Bereschit quidem per 32. quod est mysterium 32. viarum mirabilium sapientiæ, inquit R. Moses filius Schemtof, quæ exurgunt ex 22. litteris, & 10. sephirot per mysterium יו.הא.ו litterarum nominis sancti; designanturque per לב id est cor: sunt enim cor Dei, & gloria Dei: כבוד enim gloria per gematriam idem est quod לב, 32. scilicet. Ita intelligunt illud Psalmi 149. v. 5. Exultabunt iusti in כבוד gloria. Hisque viis tribuuntur præfecti iuxta illud Gen. 3. v. 24. ad custodiendam viam arboris vitæ. Mysterium vero operis Mercauæ, id est quadrigarum designatur per quatuor reliqua ex substractione 32. ex 36. De hoc opere Mercauæ postmodum fusius.

Ccc

Si cum illis nouem lineis, siue sephiroth, punctum quod est in medio, siue primam numerationē supputemus; erunt decem in qualibet 4. plagarum, & per omnium simul additionem 40.

ותאי נקודה דקיימא עלייהו באמצעיתא אשתכח האי נקודה דאשלים לכל סטר בגין דקיימא באמצעיתא לסטר מורח עשרה. לסטר מערב עשרה. לסטר צפון עשרה. לסטר דרום עשרה. עשר ספירן לכל סטר. ואלין אינון מ׳ אתוון דקיימין ברזה דבראשית לתתא ברזא דשמא קדישא.

Id est: Et hoc punctum quod illis in medio præponitur, hoc, inquam, punctum implet omnes plagas, quia est in medio: ita vt sint in plaga Orientali decem, In plaga occidentali decem, In septemtrionali decem, In meridionali decem. Decem numerationes in qualibet plaga: & simul illæ existunt 40. litteræ: quod est mysterium Bereschit, id est creationis infra, per mysteriū nominis sancti. Etenim per mem numerice 40, finitum est opus Bereschit: namque ם est vltima littera Geneseos: si addantur duo siue ב prima littera Geneseos erunt 42. בם: quod est mysterium nominis sancti יוד ה וו ה

Cuius nominis origo, vt & aliorum nominum Dei, eſt nomen quatuor litterarum יהוה. quod eſt medulla arboris. Cuius cortex ſunt Michaël, Gabriel, Raphaël, Vriel. Dicuntur etiam quadrigæ Dei: Hoc eſt myſterium Mercauæ ſuperioris. Ad inſtar huius myſterii ſuperioris ſtatuitur anima hominis in medio arboris, vt medulla, reſpondens puncto, a quo creata eſt; Superiori abſcondito. Cuius animæ hominis cortex; vel etiam quadrigæ ſtatuuntur figuræ corporum mundorum ſub figuris quatuor. Bouis, Leonis, Aquilæ, Hominis, vt legitur in Zohar ſect. בראשית & ויקרא. Vnde dictum volunt illud Pſalmi 68. v. 18. Currus Dei duæ myriades millium שנאן id eſt:

כללא דכלהו ציורין. שור. נשר. אריה. אדם דכר ונקבה.

Quorum omnium figuræ continentur ſub ſpeciebus Bouis. Aquilæ, Leonis, Hominis maris & fœminæ. Quæ per Notaricon deſignantur dictione hac שנאן. Ita tamen vt hæ omnes figuræ, hominis faciem referant Ezech. 1. Quia, inquiunt Hebræi, omnia animalia prop-

ter hominem facta sunt, & sub hominis appellatione, vel potius cortice, & veste comprehenduntur; quatenus homo dicitur carne, & pelle indui, quemadmodum & illa; Iob. 10. v. 11. Pelle & carnibus vestisti me: inde Iob. 40. v. 10. Ecce animalia quæ feci tecum. At vero postquam peccauit homo; cortex immundus & quadrigæ principii immundi inuectæ sunt. Dumah præfectus vnius regionis inferni, quæ vocatur silentium sepulchri. Maschit prefectus regionis inferni quæ dicitur perditio. Aph Dæmon iræ, siue præfectus regionis inferni, quæ vocatur puteus interitus, quo dolosi & viri sanguinum damnantur. Denique Chema Dæmon Furoris, siue præfectus regionis inferni quæ dicitur Cœnum Luti. Hinc animalia immunda, & Spiritus mali originem trahunt. Hic est cortex, qui dicitur apud Hebræos præputium: Sic in arboribus vsque ad tertium annum huiusmodi præputium ponunt Leu. 19. v. 23. Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum: poma quæ ger-

minant tribus annis immunda erunt vobis, nec edetis ex eis &c. Cortex enim huiusmodi arborum denotat abesse virtutem superiorem, qua fructus maturi & boni producantur, vt legimus in Zohar sect. ויקרא quemadmodum præputium argumentum esse dicunt, & indicium absentiæ spiritus sancti, quo homines boni & perfecti existunt. Quamobrem gentes immundæ dicuntur simpliciter cortex: Israëlitæ vero medulla; è quibus (velut è medulla fructus) animæ proselytorum producuntur.

Circuitum huius arboris vitæ dicunt esse magnum itinere quingentorum annorum: quod est mysterium, inquit R. Moses filius Schemtof quinquaginta portarum Intelligentiæ, siue Iubilæi. In Zohar sect. תרומה col. 258.

ואינון חמש מאה שנין דאילנא דחיי חמשין שנין דיובלא.

Id est: Et Illi quingenti anni arboris vitæ sunt quinquaginta anni Iubilæi. Si enim 50. per י primam litteram nominis sancti, siue per decem sephirot multiplicentur, exurgent 500.

Necesse est animam indui corpore vt appareat operatio eius.

QVatenus intellectus est solus passionis expers in gradu Intelligibilium, intellectualem solum vitam habens, semper ibi permanet ; inquit Plotinus Ennead. 4. lib. 7. cap. 13. non enim inest impetus vllus, nec appetitus. Quod autem appetitum adhibet, proxime deinceps intellectum illum comitans, appetitus adiunctione, quasi iam longe progreditur, & ad exemplar eorum, quæ in intellectu nouit, velut inde prægnans atque parturiens affectat facere, & denique fabricat. Ita quamuis diuinum quiddam sit anima, regionibusque superioribus oriunda, in corpus tamen immergitur: θεὸς ὢν ὁ ὕστερος ῥοπῇ αὐτεξουσίῳ καὶ αἰτίᾳ δυνάμεως, vt ait lib. 9. cap. 5. Quum sit Deus quidam posterior voluntaria quadam inclinatione, & causa potestatis, &

posterioris exornandi gratia, huc descendit. Ac si c[illegible] [illegible]ufugerit hinc; nullo inde afficitur [illegible]trimento, sed γνῶσιν κακοῦ προσλαβοῦσα καὶ φύσιν κακίας γνοῦσα in notitiam mali peruenit, malique ipsius cognouit naturam: Item vires suas produxit in lucem, & opera, effectionesque declarauit: Quæ quidem omnia si in habitu semper incorporeo conquiesceret; frustra forent, nunquam scilicet in actum suum prouenientia: & animam ipsam laterent quæ possidet, numquam scilicet emicantia neque procedentia in effectum. Tum id maxime perfectio Vniuersi postulat πρὸς τὸ τέλεον αὐτῷ εἶναι. Oportebat enim, quot sunt in mundo intelligibili; totidem similiaque animalium genera in mundo sensibili contineri. Nemo itaque culpet commercium animæ ad corpus, tum quia intelligentiam impedit, tum quia voluptatibus, & doloribus obruit animum: neutrum enim incommodum accidit animę, quæcumque neque corporis penetralibus se prorsus immerserit, neque sit corporis, sed corpus animæ. Vt ideo apud Plato-

nem in Cratylo recte σῶμα dicatur quasi σῆμα, quoniam corp[illegible]ministerio vtitur anima, ad eas r[illegible] quas sibi σημαίνῃ obsignarit, significan[illegible]s, explicandasque. Sic vtile est animæ corpus implere vt organum variarum operationum suarum: quemadmodum & Deum optimum maximum impleuisse legimus tabernaculum, quod erat instrumentum gloriæ ipsius. Exod. 40. v. 32. Postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonii, & gloria Domini impleuit illud.

Fit homo typus superiorum & inferiorum.

PEr inferiora nostra, inquit Plotinus Enne. 3. lib. 4. cap. 3. huic mundo coniungimur; per superiora vero quæ ad intelligibilem mundum pertinent, Intelligibilem mundum attingimus, permanemusque in sublimi per id, quod in nobis est prorsus intelligibile: per id autem quod eius est vltimum, alligamur inferiori,

riori, quasi defluxum quemdam ab ipso ad inferius demittentes, immo potius actum illius, ipso minime diminuto. Quorum rationem hanc reddunt Platonici. Consentaneum videtur, vt quemadmodum Angelicæ vitæ semper à corporibus separatæ sunt; Brutæ vero nunquam separatæ: sic mediæ duæ sint, tum animæ fœliciores, quæ semper partim separatæ, partim coniunctæ sint absque actionis vllius impedimento; tum etiam minus fœlices, quæ aliquando segregatæ sint, aliquando vero coniunctæ, conjunctæ, inquam, elementali corpori, quod intellectualem quodammodo impedit actionem. Neque eo minus diuinus putandus est hominis animus, quia corpore fragili circumdatur; sed ideo diuinissimus, quoniam etiam in fæce terrena, si modo terra sit vilis, contra tum loci naturam, tum corporis sarcinam tam diuina opera peragit, vt dum inferiora gubernat, à superioribus non discedat: mirabilis profecto virtus est hæc humana ratio animæ rationalis propria, per quam sumus homines. Accipit à

phantaſia ſingula, à mente communia, & in vnum congregat vtraque & ſicut in homine mortalia cum immortalibus copulantur: ſic in huiuſmodi ratione temporalia ſimulachra ſpeciebus iunguntur æternis. Quod niſi in mundo efficeretur alicubi, reſtaret formarum ſeries interrupta: fieri autem nequit, niſi rationalis animus terreno corpori coniungatur.

Animas creatas eſſe antequam illabantur in corpora.

ASſerunt Iudæi animas creatas eſſe primo ſex dierum creationis, & ideo ante corpora. Quod probant hoc verſu Eſa. 57. v. 16. quia ſpiritus à facie mea egredietur, animas autem ego feci. Hinc duo ſunt notanda, inquit R. Mekir Aldabi in libro. *Viæ fidei.*

על היותם רבות במספר ובעצם : ושהמה ברואות.
כולנה מקדם הואיל ואמר עשיתי.

Id eſt. Primo animas eſſe plures numero, & ſubſtantia: 2. creatas eſſe

omnes iam ante, quoniam dixit propheta. Feci, in præterito. Hanc opinionem tuetur Plato in Epinomide.

Nam quod melius, Id & antiquius, & diuinius eſt: ac proinde credendum magis eſt, id & deteriore, & iuniore, & ignobiliore prius eſſe: & omnino eadem ratione, id quod imperandi autoritatem, poteſtatemque habet, eo quod paret, & ſubiectum eſt: & id quod ducit, eo quod ducitur antiquius eſſe omnino. Illud ergo aſſumamus, animum corpore antiquiorem eſſe. ὥστε καὶ τὰ ψυχῆς, vt ait lib. 10. de legibus, τῶν τοῦ σώματος ἔσοιτο πρεσβύτερα. id eſt Illa etiam quæ animo quadrant, iis quæ corpori accommodata ſunt, priora eſſe eodem modo conſtat: mores igitur, affectus, voluntates, cogitationes, veræ opiniones, cura, memoria, omnia hæc longitudine corporum, latitudine, profunditate, robore prius ſunt facta, ſicuti & animus corpore.

Et inter ſe differre habita ratione perfectionis, quam in lege & præceptis obtinent.

QVandoquidem eſſentia animarum eſt eſſe omnia: (induendo ſcilicet habitum notitiæ obiectorum: vt enim materia ſuſceptione formæ dicitur fieri id, cuius forma eſt quam recipit; ſic mens noſtra receptione notitiæ obiecti, quæ eſt illius quidditas cognita, & veluti forma, dicitur illud ipſum fieri.) Ex eo illas differre docent Platonici, vt legimus apud Plotinum Enne. 4. lib. 3. cap. 8, Quod aliæ alia intuentur: quæ autem intuentur, eadem ſunt & fiunt. Hinc patet quod dicunt Iudæi animas inter ſe differre habita ratione perfectionis, quam in lege & præceptis obtinent. Vnde tradur t ſecundum autorem libri. *Succus malorum granatorum.* Animam intellectualem, quam vocant Neſchamah induere ſub ſolio gloriæ veſtem q: æ di-


citur כונת הלב Intentio cordis. Animam vero Irascibilem, quam vocant Ruach induere in horto Eden inferiori vestem quæ nuncupatur מעשה ידים ודבור פה Opus manuum, & locutio oris.

Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.

Vt ait Phœnix apud Homerum.

Et verbis præclara loqui, atque absoluere factis.

Secundum Platonem, vt retulimus ex libro decimo de Republica animæ differunt inter se, quatenus diuersum viuendi modum, diuersosque dæmonas eligunt.





AD CAPVT VNDECIMVM.

MATRONA.



Atronam ſiue matrem duplicem eſſe tradunt Hebræi: vnam ſuperiorem, alteram inferiorem. Matrona ſuperior eſt Intelligentia, quæ dicitur ſocia, nempe verbi, ſeu ſapientiæ, quæ dicitur Pater, (vt diximus ſupra.) In Zohar ſect. אחרי מות col. 139.

אימא עלאה רעיא אקרי בנין דלא תעדי רחימותא דאבא מינה לעלמין.

Id eſt: Mater ſuperior vocatur ſocia, quia eam non deſeret vnquam dilectio Patris. Ex hoc patre, & ex hac Matre prodiit filia, Matrona inferior: hæc eſt congregatio Iſraël, ſiue lex Oralis in numeratione Regni, vocaturque ſponſa, & ſpōſa Moſis In Zohar ſect. תרומה col. 257

ואיהי הוות כלת משה : & hæc erat ſponſa Moſis; qui Aaroni adiungitur in gradu Maieſtatis iuxta illud Pſalmi 133. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Dicitur & Luna, & ſponſa legis ſcriptæ, vt legimus in libro. *Portæ Iuſtitiæ.*

ודע והבן כי המדה הזאת כלה" נקראת בכל מקום תורה שבעל פה לפי שהיא בת זוג לתורה שבכתב ומטעם זה נקרא אצל היודעים סודה לבנה" וטעם שני ענייניס הללו שוה לפי שאין ללבנה אור בעצמה אלא מן החמה: ואין לתורה שבעל פה עיקר אלא מתורת שבכתב. לפיכך לא נתנה תורה שבעל פה בסיני לכתוב שלא לקבוע לה מקום אלא על התורה שבכתב מפני סוד הנשיקה: וזהו סוד טעם ישקני מנשיקות פיה.

id eſt: Scito & Intellige proprietatem hanc *Sponſam* vocari in omnibus locis legem oralem, quia illa eſt coniux legis ſcriptæ : & ideo vocatur apud peritos myſterii *Luna.* Eademque eſt in vtriſque ratio: quemadmodum Luna lucem ex ſe non habet, ſed à ſole: ſic etiam lex oralis non habet fundamentum niſi à lege ſcripta. Quamobrem non eſt ſcripta lex oralis in monte Sinai; vt

locum certum & determinatum non haberet, nisi in lege scripta per mysterium osculi. Iuxta illud Cant. Cant. 1. Osculetur me osculo oris sui, ad exemplum patris & matris superiorum. Ita vt hac ratione lex oralis quasi Luna supramundana coniungatur legi scriptæ, quæ dicitur sol supramundanus, & filius, procedens ab Intelligentia & sapientia coniunctis in superiori abscondito per Misericordiam & Timorem (id est secundum promissa Abraham & Isaac) in gradibus Decoris, & fundamenti, per mysterium pacti pacis, quod datum est proxime 'osepho, & paulo ante Iacobo iuxta illud Esa. 57. v. 19. Creaui fructum labiorum, pacem, pacem ei qui longe est, & ei qui prope לרחוק דא יעקב ולקרוב דא יוסף. Ei qui longe est, id est Iacobo : Ei qui prope est, id est Iosepho : vt explicatur in Zohar sect. In principio col. 26.

Hinc ex Patre, matre, filio, & filia exurgit mysterium decem sephirot: quum Pater & Mater, id est sapientia & Intelligentia in superiori abscondito coniuncta producunt per misericordiam,

diam, & Timorem; filium, id est legem scriptam in duobus gradibus Decoris, & fundamenti; & per Victoriam cum Maiestate, filiam id est legem oralem in gradu Regni. Quod est etiam mysterium nominis sancti. Ex patre enim, quem designant Cabalistæ per י; Ex matre quam designant per ה: Ex filio quem indicant per ו: & ex filia quam significant per ה; exurgit nomen sanctum יהוה. Cui si ה vltima littera desit: id est si lex oralis nondum sit completa, Congregatione Israël nondum adeptâ gradum Regni; Vigente scilicet Gentium imperio; dicunt nomen Dei non esse vnum. Fuit autem plena lex Oralis, & profligatis gentibus stabilem Regni sedem obtinuit Congregatio Israël Matrona inferior tempore Dauidis, maxime verò Salomonis: fuitque tunc nomen Dei vnum in Zohar sect. תרומה col. 157.

שלמה זווג לה למטרוניתא בזווגא שלים לעילא ואעיל החתן בחופה מקדמיתא ולבתר אעיל לתרווייהו בהאי עלמא וזמין לון בחדוה בבית מקדשא דאיהו בנה.

Id est: Salomon coniunxit Matronam

perfecta copula furtum, & introduxit sponsum in thalamum primo, postea vtrumque deduxit in hunc mundum, & inuitauit illos cum gaudio ad domum sanctuarii, quam ædificauerat. Psal. 76. Notus in Iudæa Deus: In Israël magnum nomen eius: & factus est in Salem locus eius: & habitatio eius in Sion: Vnde gradus Congregationis Israël dicitur שכינה habitatio seu præsentia Dei: & sub ea ratione Congregatio Israël vocatur soror patris & matris superiorum iuxta illud Cant. Cant. 8. v. 8. Soror nostra parua est. Eam tanto amore prosecutus est Deus, vt eam Internunciam constituerit à superis ad inferiora, ab inferioribus ad superos sect. בשלח col. 88.

שליחא דכל מעילא לתתא ומתתא לעילא.

Deinde:

מהכא כל מאן דיצטריך לי לא יכול למללא עמי עד דאודע לה למטרוניתא כך קבה" מסגיאות חביבותא ורחימותא דיליה בכי" אפקיד כלא ברשותה.

Id est: Hinc quicumque, inquit Deus, à me petere quidpiam voluerit, non poterit me alloqui, nisi prius id Matronæ communicauerit. Sic Deus benedictus

præ abundantia amoris, & misericordiæ suæ erga congregationem Israël, omnia commisit illi. Cumque dicatur esse præsentia Dei, via est ad sanctitatem superiorem; quam vocant Arborem vitæ

מאן דרך עץ החיים? דא היא מטרוניתא.

Id est: Quæ est via arboris vitæ? Hęc est Matrona. sect. In principio col. 129. vocatur tabernaculum pacis, & hospes animarum:

בשעתא דישראל מברכין ומזמנין להאי סכת שלום אושפיזא קדישא ואמרי הפורש סכת שלום עלינו ועל עמו ישראל ועל ירושלם: כדין קדושתא עלאה נחתא ופרישת גדפהא עלייהו דישראל ומכסיא לון כאימא על בנין וכל זינין בישין אתכנישו מעלמא. ויתבי ישראל תחות קדושתא דמאריהון: וכדין דא סכת שלום יהיב נשמתין חדתין לבנהא: מה טעם בגין דבה נשמתין שריין ומנה נפקי.

Deinde:

אבל רזא דמלה האי סכת שלום מטרוניתא דעלמא איהי ונשמתין דאינון בוצינא עלאה בה שריין.

Id est: Quando Israëlitæ benedicunt, & sanctificant hoc tabernaculum pacis hospitiis sanctæ, & dicunt: Qui expandit tabernaculum pacis super nos, & super populum suum Israël, & super Ierusalem:

tunc sanctitas superior descendens expandit alas suas super Israël, quibus tegit & fouet illos, tamquam mater filios, collectis è mundo omnibus mali speciebus: resident Israëlitæ sub sanctitate domini sui: tuncque illud tabernaculum pacis dat animas nouas filiis suis. Quis est sensus? quia scilicet ibi manent animæ, & inde prodeunt. *Deinde.* Enimvero mysterium dictionis huius. Tabernaculum pacis, intelligitur de Matrona mundi, apud quam versantur animæ, quæ sunt Lucernæ superiores; & ab ea Matrona accenduntur in futurum sæculum, quod respondet Sabbato:

תנינן שבת דוגמא דעלמא דאתי

Id est: Discimus Sabbatum esse typum mundi futuri: Vnde, inquiunt Iudæi, ad exemplum Matronæ mundi cura accendendi lucernas Sabbati commissa est mulieribus populi sancti:

נר של שבת לנשי עמא קדישא אתיהיבת לאדלקא:

Verum enimvero quum in præsentiarum redacta in seruitutem congregatio Israël regno suo exciderit, dicunt Deum ab illa discessisse, neque vocari nomen eius

vnum In Zohar sect. קדושים. col. 158.
והשתא קבה"ל לא אקרי אחד ורזא דמלה בי" בגלותא וקבה" סליק לעילא לעילא וזווגא אפרש.
Id est: Nunc autem Deus benedictus non vocatur vnus, propterea quod congregatio Israël est in captiuitate, & Deus benedictus ascendit sursum sursum, & copula disiuncta est:
ולא תיעול מטרוניתא בחדוותא בהיכלה עד דיתדן מלכותא דעשו.
Id est; Neque vero prius Matrona ingredietur cum gaudio templum suum, quam Iudicatum fuerit regnum Esau in Zohar sect. אחרי מות col. 139. Tum demum adiungetur Regi Iuxta illud obad. 1. v. 21. & ascendent saluatores in montem Sion iudicare montem Esau: & erit domino Regnum. מאן מלוכה? דא מטרוניתא. Quod Regnum? hæc est Matrona & sect. קדושים pag. 158.
מאן מלוכה? דא כנסת ישראל דמלכא בה אתקשר.
Id est: Quod Regnum? hæc est Congregatio Israël cui se Rex adiungit. Mox iuxta illud Zach. 14. v. 9. In die illa erit Dominus vnus, & erit nomen eius vnum.

Quemadmodum Hebræi, sic & Platonici suam habent Matronam, quam vocant Rheam; de qua sic Proclus in Theologiam Platonis lib. 5. cap. 11. Proxime, inquit, Reginam Rheam celebrabimus: hanc enim profecto matrem rerum vniuersarum opificis, deam vero Saturno posteriorē & Plato dicit, & Orpheus. Deinde. Hæc igitur Dea quum sit media inter duos patres, quorum alter quidem Intellectualem multitudinem cogit, & in vnum contrahit: alter vero diuidit eam, & cum alter quidem in se ipso manere, sedemque firmam habere propter suam excellentiam cupiat, alter vero omnia producere, & generare, & fabricare studeat & properet; superne quidem hæc Dea in se ipsa producit rerum vniuersarum fabricatrices causas, impertit vero & secundis abunde suam vim & facultatem. Quamobrem etiam Plato fluxibus assimilat foecundam ipsius abundantiam, vt in Cratylo dicit Socrates, & ῥοὴν id est fluxionem quamdam hanc Deam esse demonstrat: & nihil aliud per hæc verba,

quam ipsius fontanam vim, & scaturientem facultatem obscure significat, & illam vim, per quam diuiduos vitæ riuos singulariter continet. Postmodum. τὰς τῶν Θεῶν ἑπαδοὺς ψυχὰς τρέφει τοῖς ὀχετοῖς τῆς θείας τελειότητος· ἐπ' ἐσχάτοις δὲ καὶ τοῖς θνητοῖς ζώοις τὴν τῆς φύσεως δωρεῖται χορηγίαν. Id est Diuinæ perfectionis riuis alit illas deorum sectatrices animas. In extremis vero & mortalibus animalibus, ipsam naturæ suppeditationem donat.

Iusti si scirent diem, quo ex hoc mundo sunt migraturi, lætarentur.

SOcrates apud Platonem in Phædone. Verum enimvero, inquit, videmini existimare me cygnis esse inferiorem in diuinandi quidem ratione, atque facultate: qui quidem vbi primum senserunt sibi esse moriendum, vt superiori tempore canebant, ita & ad illud tempus maxime canunt, gaudentes se ad

Deum illum, cuius ſunt famuli & miniſtri, continuo peruenturos: at homines quia ipſi mortem reformidant, mendacia quoque aduerſus cygnos commiſcuntur, aiuntque illos mortem lugendo, præ dolore vehementius canere: nec animaduertunt auem nullam canere, quum eſurit aut friget, alioque quopiam doloris genere afficitur: non ipſam Luſciniam, non hirundinem, non Vpupam, quas aiunt præ dolore canere ſolitas: ſed ne hæ quidem mihi videntur aues, nec ipſi cygni ob dolorem canere: ſed ideo opinor, quod ſint dicati Apollini cygni, atque adeo diuinandi inſtinctu quodam præditi, quum ea præuideant bona quæ ſunt apud inferos, canunt, magiſque eo die delectantur, quam priori vitæ tempore. Equidem exiſtimo me eiuſdem miniſterii conſortio cum cygnis coniungi, & ipſi illi Deo ſacrum eſſe; nec illis minorem diuinandi facultatem à Domino illo accepiſſe, nec iniquiori certe animo me ex hac vita diſcedere.

Quod autem mortem prænoſſe nobis non ſit conceſſum id conditioni naturæ

noſtræ

noſtræ tribuendum videtur: aut enim mortem præuideremus cum omnibus circumſtantiis, contingentem, aut neceſſariam: non contingentem: namque vel ſciremus fore, vt eam vitaremus; & ita quomodo mors nobis eſſet præcognita, quum futura non eſſet? vel ſciremus fore, vt, quamuis vitari poſſet, eam tamen non vitaremus. Id autem vel imprudentiæ magnæ eſſet, quæ in ſapientes non caderet: vel tædii huius vitæ, quod paucis contingeret: vel impotentiæ, quæ eſſet miſeriæ noſtræ comes, ideoque continuo nobis propoſita nos dolore perpetuo cruciaret. Supereſt ergo dicendum fore, vt eam neceſſario futuram præuideremus. Verum, an violentam illam? an ſecundum communem naturæ neceſſitatem: Non violentam, exempli gratia, quod quis ab alio eſſet occidendus: Sic enim nullus libero arbitrio eſſet locus, quum neque is, qui ſe præuideret futurum occiſorem, ſe ipſum regere poſſet; neque is, qui ſe prænoſſet ab alio occidendum, vel illius manum effugere, vel

illum prior de medio poſſet tollere? Quam miſera eſſet humana conditio! Nullas leges ferre valeret, quibus huiuſmodi occiſores omnibus noti, tamquam generis humani hoſtes cohiberentur. Quod ſi mortem ſecundum communem naturæ neceſſitatem futuram præuideremus: Haberent equidem inde Iuſti iuſtam occaſionem maximum ſolatium, voluptatemque percipiendi. Sed quum exiguus ſit eorum numerus: quantum detrimentum ipſi, immo vniuerſum genus humanum pateretur data impiis omnimoda ad male agendum licentia; quibus ad ſua ſcelera intrepide patranda tempus conſtaret. Idemque plane contingeret, etſi mortem cum omnibus circumſtantiis non præuideremus; ſed ſolum mortis diem. Quamobrem recte Poëta Lyricus.

Tu ne quæſieris ſcire (nefas) quem mi-
bi, quem tibi
Finem Dij dederint.

Quandoquidem nos meminiſſe temporis, quo in mundum prodiimus natura noſtra non patitur: quanto magis eadem

poſtulat diſceſſus noſtri momenta nos latere.

Animam quæ primum ex alto emanauit, illam ipſam eſſe animam quæ ſupereſt poſt mortem.

ANimam poſt mortem ſupereſſe negantibus idem contingere videtur, quod accidit illis, qui marinum Glaucum longo iam tempore vndis attritum, atque diſtortum, præterea petris, alga, oſtreis obſitum intuentur: Hi enim non marinum, ſed ſylueſtre potius animal opinantur. Sic etiam illi, dum animam terrenis affectibus, & habitibus diſtractam circumfuſamque vident: terrenum quiddam potius, quam cœleſte ſe contemplari putant. (Eos non φιλοσόφους, ſed φιλοσωμάτους vocat Plato in Phædone.) Verum, inquit diuinus ille philoſophus, ſi nudauerimus eam, conſiderauerimuſque puram, atque diuinorum

amore iam ex hoc pelago emergentem, procul dubio cognoſcemus, animam, propterea quod diuinis, externiſque cognata ſit, talia quædam appetere, & cum primum pura euaſerit, tangere, cumque iis in ſerena luce verſari, eaque conſuetudine diuinam prorſus euadere: Quod in Phædone Socrates diuino probat argumento. Vis ne, inquit, ponamus duas ſpecies rerum: quarum alia ſit Conſpicabilis; alia Inconſpicabilis? Ponamus, inquit Cebes, & Inconſpicabilem quæ eodem ſemper habeat modo, immortalis & diuina: Conſpicabilem autem, quæ nunquam eodem modo ſe habeat. Iam vero aliiſne nos rebus, conſtamus, quam corpore & animo? Vtri ſpeciei ſimilius, & magis cognatum corpus eſſe ſtatuemus? Cuiuis, inquit, perſpicuum eſt, Conſpicabili, humanæ, mortali, intelligentiæ experti, multiformi, diſſolubili ſpeciei, quæ neutiquam, eodem modo ſe habet. At diuino, Inconſpicabili exemplari, Intelligibili, vniformi, & indiſſolubili, & ei quod ſimiliter eodemque ſe habet modo, ſi-

millimus est animus. Quum enim ψυχὴ αὐτὴ καθ' αὑτὴν σκοπῇ, ἐκεῖσε οἴχεται εἰς τὸ καθαρόν τε καὶ ἀεὶ ὂν, καὶ ἀθάνατον ὡσαύτως ἔχον, καὶ ὡς συγγενὴς οὖσα αὐτοῦ ἀεὶ μετ' ἐκείνου τε γίγνεται, ὅταν περ αὐτὴ καθ' αὑτὴν γένηται, καὶ ἐξῇ αὐτῇ. Anima ipsa per se ipsam contemplatur, eo contendit, ad purum videlicet illud, & quod semper existit, & immortale, & quod eodem modo habet: & tamquam ipsi cognata semper cum illo versatur, quando ipsa apud se ipsam fuerit, eique potestas sit. Quæ cum ita sint: nonne corpori proprium & peculiare est, vt cito dissoluatur, animo autem, vt indissolubilis existat, aut aliquid huic proximum? Quidni? Perspicis vero, cum homo interierit, conspicabile nimirum corpus, & in illo conspicabili positum (quod quidem mortuum vocamus, cui conuenit dissolui, & decidere, & efflari) non continuo horum quidquam pati, sed commodum aliquod remanere tempus, si quis cum iucunditate quadam & moderatione corpus suum ad obitum vsque tractarit. Vbi enim mortuum corpus cecide-

rit, & conditum fuerit, quemadmodum quæ in Ægypto condiuntur, pene totum perdurat, longo quodam infinitoque tempore: atque etiamsi nonnulla corporis membra computruerint; ossa, nerui, & huiusmodi omnia tamen, vt ita dicam, immortalia perdurant. Nonne? certe. Animus vero Inconspicabile nimirum quiddam in eiusmodi locum alium abit, generosum quippe, purum, & inconspicabilem, reuera ad bonum & prouidentem Deum: quo quidem (si Deus voluerit) statim meo eundum est animo. Quod verò supra dixerat simmias animam esse harmoniam corporis quo mortuo interiret; Illius sententiam refellit Socrates ab absurdo. Si anima esset harmonia, sequeretur, inquit, animam non extitisse ante corpus, quod tamen datum & concessum erat: alioqui quum harmonia huiusmodi ex iis quæ per corpus intenta, diffusaque sunt, constituatur; prius esset constituta, quam illa extarent, ex quibus oportuit illam componi.


Enimvero satis euincunt argumenta,

quibus ſupra vſi ſumus, animam vt intelligit nec eſſe, nec ſequi temperamentum corporis, ſed eſſe à corpore ſeparatam, immixtam, & impaſſibilem, quæ ideo mortis neſcia, vt principium vitæ in corpus delabitur, vt ei vitam communicet; tandem debitam naturæ corporis durationem emenſa, relictâ materiâ manet immortalis. Ita Socrates in Cratylo: τὴν φύσιν παντὸς τοῦ σώματος ὥστε καὶ ζῆν καὶ περιϊέναι τί σοι δοκεῖ ἔχειν τε καὶ ὀχεῖν, ἄλλο ἢ ψυχή. id eſt. Ecquid eſt quod vniuerſi corporis naturam ita contineat & vehat, vt & viuat, & ſuperſtes permaneat, aliud, quam ἡ ψυχή. id eſt anima, quæ ideo quaſi φυσέχη dicitur.

Vt duas figuras complectatur.

PLato in Timæo animam hominis comparat triangulo, in cuius apice ſit vnitas; ex vno latere ſint numeri pares. 2. 4. 8. ex altero impares. 3. 9. 27. ad numeros primos cubos deſcendendo,

id eſt ad octonarium, & ſeptenarium ſupra vigeſimum,



Ita vt, inquit Proclus in Timæum, octonarius, quia pariter par ad vnitatem vſque diuiditur, corruptibilis corporis, aërei vehiculi naturam demonſtret: 27. autem, vt impar & indiuiduus numerus, Incorruptibilis & æterni, id eſt vehiculi ætherei, quo amicta anima tandem in hoc humanum ergaſtulum coniicitur. Hoc eſt quod ait Plato animam eſſe compoſitam ex ſubſtantia quadam indiuidua, & quadam circa corpora diuiſibili. Plotinus vero id refert ad vitam primam animæ, qua in ſe ſubſiſtit, & ad ſecundam, qua corpus informat. Idem eſt, inquit, atque ſi diceretur animam eſſentia quadã conſtare

ſtare partim quidē apud ſuperos permanente, partim vero ad inferiora vergēte, quæ quidem ſimul & independeat, & ſe interim ad hæc vſque propaget, non aliter quam ex centro linea protenditur: Sic anima Iani inſtar duplici donata facie, ſupera iungatur cum mente: Infera conuertatur ad corpus. Supera dirigatur à mente; Infera dirigat corpora: ſupera degat in æuo; infera in tempore: ſupera concipiat, rationibuſque impleatur; infera pariat. Supera indiuidue & ſimul operetur; Infera cum ſucceſſione & tempore. Adeo vt, ait ille lib. 2. & diuiſa ſit in partes, & iterum non diuiſa: potius autem ipſa neque diuiſa ſit, neque diuiſa fiat: manet enim ſecum ipſa tota; ſed circa corpora dicitur eſſe diuiſa: quippe quum corpora nequeant diuiſibilitate propria indiuiſibiliter eam accipere. Quo efficitur, vt partitio non animæ quidem paſſio ſit, ſed corporum. Huc refer quod ait Hermes in Pœmandro. Duplicem eſſe hominem, mortalem quidem corpore, immortalem vero ob ſubſtantialem hominem.



AD CAPVT DVODECIMVM.


Ide ea quæ diximus ad caput ſeptimum de emanatione animarum populi Iſraëlitici.

Et ſcriptum eſt Ezech. 34. v. 31.

Homo eſtis, & אדם homo vocamini.

SEnſus eſt. Lucerna Dei anima hominis eſt Prou. 27. id eſt anima Iſraëlitica: nec enim vox אדם, homo, conuenit alii, quam Iſraëlitæ, vt diximus ſupra. Et ita ſcriptum eſt Ezech. 34. v. 31. Homo eſtis, & אדם homo vocamini. Scilicet vos Iſraëlitæ.

AD CAPVT DECIMVM tertium.

Anima hominis tribus nominibus appellatur.

IN libro. *Anima ſapientiæ.* R. Moſch filius Schemtof dicit vnam tantum eſſe animam in homine, quæ in tres gradus diuiditur.

הנפש נחלק לשלשה חלקים מתאחדים באחדותם: נפש: רוח: נשמה. והפילוסופים חלקו. סוד הנפש בכ״ד שלש מדריגות וקראו אותם בשמותם כל אחת בסודה ועניינה: נפש הצומחת: נפש הבהמית: נפש השכלית.

Id eſt. Anima diuiditur in tres partes, quæ vnione ſua vniuntur. Nepheſch; Ruach, Neſchamah. Philoſophi vero diuidunt myſterium animæ in myſterium trium graduum, quos ſuis nomini-

bus insigniunt, vnumquemque secundum mysterium & proprietatem suam, Animam vegetatiuam: Animam animalem: Animam intellectualem, Apud Aristotelem lib. 2. de Anima cap. 3. Vegetatiua respondet triangulo: sentiens quadrangulo: Ratiocinans Pentagono; atque quemadmodum Pentagono quadrangulum, & quadrangulo triangulum potestate insunt: sic in nobis anima essentia sua vna est, & simplex: sed facultate & virtute multiplex.

Nephesch.

NEphesch, siue anima vegetatiua: siue anima concupiscibilis, vt alii volunt, quomodo Deut. 12. v. 20. De carnibus quas desiderat Nephesch: sedem habet in hepate; nihilque est aliud, quam anima indita spiritu quodam corporeo, quo medio dicitur consistere in sanguine iuxta illud Leu. 17. v. 14. Nephesch omnis carnis in sanguine est. Et Deut. 12. v. 23. Sanguis anima eorum

est. Ille spiritus corporeus recipit spiritum viuificum, vt docet R. Mekir Aldabi in libro *viæ fidei.*

רוח החיים הוא גשמי מִמַּשׁ וקבל רוח חיונית מכח הנשמה.

Id est. Spiritus viuens est corporeus secũdum quid: suscipit autem spiritum viuificum è potentia Neschamah. Vnde vocatur in scriptura ille spiritus viuificus נשמת חיים Neschamah, spiraculum vitæ: à quo spiritus ille corporeus fit viuens, & inde denominatur Nephesch quasi נפושה diffata, scilicet ab illo spiritu viuifico: Iuxta illud Gen. 2. v. 7. Et inspirauit in faciem eius נשמת חיים spiraculum vitæ: deinde statim subiungitur. Et factus est homo in Nephesch. Id est in animam viuentem. Definitur hæc Nephesch à R. Mosch filio Shemtof.

כח קיום הגוף והרגשותיו.

Id est. Potentia, qua stat corpus, & sensus eius. Huic etiam post mortem sensum, internum nempe, tribuit R. Mekir.

ואפ על פי שהפסיד הֶהרגש החיצון לא הפסיד ההרגש הפנימי.

Id est: Licet enim priuata sit Nephesch

ſenſu externo; non eſt tamen priuata ſenſu interno. Eam adhærere dicunt הַ Neſchamah poſt mortem vulgo per duodecim menſes: aliquando per longum tempus; vt anima vel pœnam corpoream in Gehenna, vel mercedem corpoream operum ſuorum in horto Eden inferiori recipiat. Si quidem ſit Nepheſch Iuſti; Illam ſtatim poſt mortem Angelus Mitatron excipit, & ſuo loco circum cadauer placide componit: Iuxta illud Iob. 7. v. 2. Sicut ſeruus hauriet vmbram: ſeruus ille eſt Mitatron vt legitur in Zohar ſect. תרומה col. 252.

הוא עבד מהימן דשמיה מטטרון.

Id eſt: Ille eſt ſeruus fidelis, qui vocatur Mitatron. Per vmbram vero deſignant gradum animæ; quem Nepheſch vocant: vt etiam alios animæ gradus: Ruach & Neſchamah: quibus ſua quoque loca eundem Angelum monſtrare narrant.

מתתקנא דוכתא להויא נשמה דההוא בר נש: ודוכתא לרוח בגנתא דעדן: ודוכתא לנפש לנייחא ולהאתהנאה בשעתא דמשטטא ואולא.

Id eſt. Præparat locum illi Neſchamah illius hominis: & locum etiam הַ Ruach

in horto Eden: & locum τῆ Nephesch, vt quiescat, & quando mouetur & discurrit, commodum inde, voluptatemque percipiat. col. 251.

כד אצטריך לבני עלמא כד אינון בצערא ואזלי לבי׳ קברי האי נפש אתערה. ואיהי אזלא ומשטטא ואתערה לרוח:

Id est: Quum necessitate & angustia premuntur homines, & se conferunt ad sepulchra; Hæc Nephesch excitatur, & discurrit, accedit ad Ruach: & cum Ruach certis temporibus adiungitur τῆ Neschamah in fasciculo viuentium: Iuxta illud Sam. 1. cap. 25. v. 29. Erit Nephesch domini mei alligata fasciculo viuentium: oratque pro viuis; deinde redit ad locum suum. Ibi laudes Dei inter reliquias corporis celebrat: Iuxta illud Psal. 35. v. 10. Omnia ossa mea dicent. Domine quis similis tibi. Præterea in somnis monet homines de iudiciis, quæ Deus decernit, Iuxta illud Iob. 33. v. 15. Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo: tunc aperit aures virorum, & erudiẽs eos, instruit disciplina.

Impiorum vero nephaſchot, quaſdam perire narrant cum corpore iuxta illud Leu. 17. v. 10. Diſperdam Nepheſch de populo ſuo. Alias circa cadauera verſari dicunt, ibique memores vitæ ante-actæ ingemiſcere: Iob. 14. v. 22. Verumtamen caro eius ſuper eum dolebit, ונפשו & anima eius, quæ dicitur Nepheſch, ſuper eum lugebit. Alias rotari volunt iuxta illud Sam. 1. cap. 25. v. 29. Inimicorum tuorum Nepheſch rotabitur, quaſi impetu & circulo fundæ. Aliis obliuionem rerum omnium induci tradunt, eo detorquentes illud Leu. 22. v. 3. peribit à facie mea Nepheſch illa.

מאי מלפני ? דלא שריא עלה רוח : וכד רוח לא שריא עלה לית לה שותפו כלל במה דלעילא ולא ידעת מאינון מלין דעלמא כלל.

Id eſt: Quid eſt à facie mea? quia non reſidebit in ea ſpiritus: qui quum ab illa receſſerit; nullum habebit illa cum ſuperis commercium: nec quidquam cognoſcet eorum quæ in mundo fiunt.

Proprium eſſe Nephaſchot pati percuſſionem ſepulchri ſcriptum eſt in Midraſch R. Iſaac filii Parnach, vt refert

Elias

Elias leuita in Thisbi. Discipuli R. Eliezer interrogauerunt illum. Quomodo se habet ritus חבוט הקבר percussionis sepulchri? Respondit eis. Postquam separatus est homo ab hoc sæculo, venit Angelus mortis, & sedet super sepulchrum eius. Statim intrat anima eius in corpus eius, & facit stare corpus &c: donec dixit R. Iehoschuah filius Leui, & in manu eius est, inquit, catena, cuius media pars est ferrea, & altera lignea, qua verberat illum hominem: & prima vice dissoluuntur membra eius; altera vice ossa eius dissipantur. Tum veniunt Angeli & colligunt ea. Quod vbi tertia vice percusserit ipsum, redigitur in puluerem, & anima redit ad sepulchrum &c: donec dixit R. Meir. Grauius est itaque iudicium percussionis sepulchri, iudicio Gehennæ; quoniam etiam qui plane iusti sunt, & filii principum, & abortiui, eo iudicantur, excepto eo qui moritur vespera Sabbati, & qui moratur in terra Israël.

Quemadmodum narrant Iudæi Nephesch conseruare habitum quemdam

vitæ ante-actæ: Id ipſum Platonici de Idolo animæ aſſerunt. Plotinus Enn. 4. lib. 3. cap. 27. ſimulachrum igitur, inquit, Herculis apud inferos exiſtimandum nobis eſt, vt arbitror, recordari omnium, quæ acta in vita fuerunt. Idque vniuerſim de anima docet Plato in Gorgia. Mors, ait, nihil eſt aliud, quam duarum rerum diſſolutio: animi & corporis, vt quidem inuicem ſeiungantur: quod poſtquam effectum fuerit, nihilominus tamen ipſarum vtraque ſeorſim ſuum habitum quemdam conſeruat, eundem videlicet, quo homo, quum viueret, ornatus eſſet. Itaque corpus naturam ſuam conſeruat, ſuoſque cultus, ſuaſque affectiones, vt quidem illa omnia conſpicua in eo perdurent, exempli cauſa: Si cuius magnum extitiſſet corpus naturâ, aut nutritione; ſiue vtroque modo, dum ille viueret: mortuo item cadauer erit magnum: ſi craſſum viuenti, craſſum quoque erit mortuo, & cætera eodem modo. Vt quidem ſi quis comæ ornandæ ſtudioſus fuerit, mortuus quoque comatus erit: atque, vt rem vno verbo

complectar, qualecumque viuentis erat corpus; talia mortui omnia, aut certe pleraque ad tempus quoddam apparent. Idem quoque ipsum, Callicles, de animo mihi quidem constituendum videtur. Omnia nimirum in animo conspicua fore, postquam corpore nudatus fuerit: omnia, inquam, illa, quæ & naturæ vi quadam constant, & affectionibus, quas rerum singularum instituto quodam in animo habuerit homo, dum viueret.

Ruach.

VEhiculum animæ, siue figuram, siue vmbram, vocãt Hebræi Ruach: respondere docent potentiæ Irascibili: Eamque definiunt:

כח המקיים את הנפש להתקיים בגוף.

Id est: Potentiam stabiliẽtem Nephesch, vt stet in corpore. Morte vero subsequente: si quidem iustus Israëlita decesserit in terra Israël, Ruach eius statim ingreditur speluncam duplicem, & acce-

dit ad Nephesch Adami; præteruectaque gehenna, vt diximus supra, ingreditur hortum Eden inferiorem (etenim ostium speluncæ duplicis adhæret ostio horti Eden terrestris, vt inquiunt:
(פתח אחד יש לו לגן עדן סמוך למער' המכפלה.
Si vero impius ex hoc mundo migrauerit, purgatur in gehenna. Quod si quis Iustus diem suum obierit extra terram Israël; quia subiicitur imperio dæmonis illius terræ; non nisi magna cum difficultate post longas moras se expediens, tandem peruenit ad hortum Eden, vbi informatur speciebus horti Eden superioris, vacando contemplationi eorum, quæ in hoc mundo propter corporis impedimenta comprehendere non potuerat; certisque temporibus sursum ascendit. In Zohar sect. תמורה col. 151.

ובשבתי וירחי וזמני סלקא לעילא ואתהנא תמן
ותב לאתריה ועד" כתיב. והרוח תשוב אל האלהים
אשר נתנה. תשוב ודאי בהני זמני דקאמרן.

Id est. Diebus vero sabbati & singulis mensibus, certisque temporibus ascendit Ruach sursum, ibique delitiis fruitur: postea redit ad locum suum. Ita scriptum

est Eccles. 12. v. 6. & spiritus reuertetur ad Deum, qui dedit illum. Reuertetur vere, iis temporibus memoratis.

Neschamah.

NEschamah definitur à R. Mose filio Schemtof in libro. *Anima sapientiæ.* עניין השכל האמיתי אשר ממקור החיים נחצב ממעין השכל והחכמה בא לשכון כבוד בגוף לקיים הכל לעבודת הבורא יתברך.
Id est. Ratio intellectus veri excisa è fonte vitæ, & ex scaturigine intellectus & sapientiæ venit ad constituendam gloriam in corpore, vt omnia ad cultum Dei benedicti constanter dirigantur. Hic meminisse debemus vnam tantum esse re ipsa animam in homine, vt supra diximus, quæ distinguitur secundum gradus potentiarum. Neschamah, Ruach, & Nephesch. Sic anima secundum superiorem gradum accepta (quomodo nuncupatur Neschamah) dicitur post mortem hominis ire ad locum suum, qui est sub solio gloriæ: vnde modo in hortum

Eden inferiorem descendit, seque gradui Ruach adiungit; modo in hunc mundum, adiungens se gradui Nephesch delabitur: Ita saltem per duodecim menses dicitur ascendere, & descendere, teste autore libri. *Pomum & flos.* Ecce enim, inquit, Samüelis prophetæ, qui erat perfecte iustus, anima per duodecim menses descendebat,& ascendebat: Ideoque Pythonissa potuit illam vocare ad viuos per illud tempus.

Cur vero Nephesch post mortem dicatur versari in hoc mundo, Ruach ad hortum Eden proficisci, Neschamah ad locum suum sub solio gloriæ, id est ad fasciculum viuentium: Affertur hæc ratio ab autore libri. *Succus malorum granatorum.* Consentaneum est, inquit, vt ad ea loca eat anima post mortem, in quibus aliquem gradum adepta est. Accepit autem sub solio gloriæ gradum Neschamah cum veste, quæ dicitur apud Rabbinos, Intentio cordis: per emanationem quidem à gradu sapientiæ: per creationem vero à gradu Intelligentiæ. In horto Eden inferiori

induta est vehiculo suo, figura simili figuræ corporis per formationem à gradu Decoris, vnde Ruach denominatur. In hoc mundo denique per factionem à gradu Regni adiuncta est corpori medio spiritu quodam corporeo: vnde Nephesch dicitur. Hos quatuor productionis graduum animæ modos abbreuiate exprimunt Cabalistæ אבי״ע
אצילות: בריאה: יצירה: עשיה:
Emanationem quidem deducunt ex v. 17. cap. 11. num. ואצלתי & faciam emanare à spiritu. Creationem autem, formationem, & factionem, ex v. 7. cap. 43. Esa.
כל הנקרא בשמי ולכבודי בראתיו יצרתיו אף עשיתיו.
Id est. Omnem, qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui illum, formaui eum, & feci illum. Tandem resurrectionis tempore, factio, formatio, creatio, & emanatio vnientur; ideoque & Nephesch, Ruach & Neschamah. Iuxta illud Esa. 58. v. 11. & requiem tibi dabit dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, quæ vocatur Nephesch, & ossa tua liberabit, vt legi-

mus in libro. *Succus malorum granatorum.*

גם הנפש: הרוח: והנשמה תתקשרנה זו בזו ותעלנה עד השרשים העליונים כי העשייה תתיחד ביצירה: והיצירה בבריאה: והבריאה באצילות: ואצילות בנקודה העליונה.

Id est: Etiam Nephesch, Ruach, & Neschamah iungentur inuicem, & ascendent ad radices superiores: Etenim factio vnietur formationi, formatio creationi, creatio emanationi, emanatio puncto superiori. Interim autem singulis mensibus, & singulis sabbati diebus, Angelis etiam interuenientibus, Nephesch, Ruach, & Neschamah conueniunt in vnum, & Deum pro viuentibus orant. In Zohar sect. Post mortem. col. 126.

ובכל שבת ושבת וריש ירחא כלהו מתחברן ומתעטרן כחד עד דאזדווגו למיתי לסגדא למלכא עלאה ולבתר תייבין לאתרייהו ההד״ והיה מדי חדש בחדשו ומדי שבת בשבתו יבא כל בשר וגו״ וכשעתא דאצטריך עלמא רחמי וחיי אזלי ומודעי להו לנפשייהו דצדיקייא ובכן על קברייהו אינון דאתחזו לאודעא להו. מט״ דשריין רעותא דילהון לאתדבק׳ נפשא בנפשא פרין אתערין נפשייהו דצדיקיא ומתכנפי

ואזלין

ואזלין ושאטין לדמיכי חברון ומודיעי להו צערא
דעלמא וכלהו עאלין בההוא פתחת דגע״ ומודיעי
לרוח ואינון רוחין דמתעטרן בגע״ מלאכי עלאין
אזלי בינייהו וכלהו מודיעין לנשמה ונשמה אודעא
לקבה״ וכלהו בעאן רחמי על חיי וחס קבת״ על
עלמא בגיניהון.

Singulis Sabbati diebus, & initio menſium omnes gradus animæ ſociantur, & pariter in coronam iunguntur donec vnanimes accedant vt adorent regem ſupremum: poſtea repetunt loca ſua. Hoc eſt quod ſcriptum legitur Eſa. 66. v. 23. & erit menſis ex menſe, & Sabbatum ex Sabbato, veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea: dicit dominus. Quando mundus opus habet miſericordia; & viui animabus Iuſtorum ſuam produnt indigentiam flentes ſuper ſepulchris eorum quibus videtur communicanda. Qua ratione id agunt, niſi vt communicatis affectibus, Nepheſch ל Nepheſch adhæreat: Tunc excitantur Nephaſchot Iuſtorum, & ſumptis alis accedunt ad Dormientes Hebron, illiſque afflictionem mundi ſignificant: & omnes proficiſcuntur ad oſtium horti

Eden; hæcque renunciant τῷ Ruach: Ruchot spiritus qui horto Eden circumcluduntur, quibus se adiungunt angeli superiores, omnes referunt ista ad Neschamah: Neschamah refert ad Deum benedictum. Omnes petunt misericordiam pro viuis: & in eorum gratiam parcit Deus sanctus benedictus mundo. Talem animarum post mortem curam erga viuentes non ignorarunt Græci.

> αὐτὰρ ἐπειδὴ τοῦτο γένος κατὰ μοῖρ' ἐκάλυψεν
> οἱ μὲν δαίμονες ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι καλέονται
> ἐσθλοὶ ἀλεξίκακοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Inquit Hesiodus. Id est.

> *Ast homines postquam tellus abscondidit illos*
> *Dæmones existunt ima tellure reposti*
> *Custodes hominum, depulsoresque malorum.*

Quæ vero de animæ gradibus eorumque receptaculis dixerunt Iudæi; dixit Plato de animabus puris, & immundis. Sic in Phædone ait, animas pendentes pœnas

prioris educationis, quippe malæ, circa monumenta & Sepulchra oberrare, quo fieri vult Plato, vt vmbris quandoque terreamur: ſcilicet quum corporei quidpiam circa ſe contraxerint, dum ſe male agendo polluerunt. Alias in prato verſari narrat Hoſpes Eleates lib. 10. de Repub. donec rurſus illigentur in corpus, καὶ ὥσπερ φυομένας ἐμφύεσθαι, & tamquam ſeminatæ innaſcantur. Purum autem animum, vbi primum obierit, docet ad cognatum, ſuæque naturæ conſentaneum proficiſci locum, nec vſquam alibi exiſtere. καὶ οὐδὲν ἔτι οὐδαμοῦ ᾖ.

Quomodo voluerit Deus ex animabus puris, has quidem eſſe in vitam æternam, illas vero in opprobrium.

APud Plotinum Enn.3.lib.2.cap.18. χείρους δὲ καὶ βελτίους ψυχαί, αἱ μὲν, καὶ δι' ἄλλας αἰτίας: αἱ δ' οἷον ἐξ ἀρχῆς οὐ πᾶσαι ἴσαι. Id eſt. Animæ autem melio-

res, vel deteriores partim quidem ob alias causas, partim vero velut ab initio non omnes æquales: & recte, inquit, cap. 11. Nos autem sic affecti sumus, sicut imperiti picturæ, qui pictorem damnant, quod non vbique pulchros æque colores posuerit. Pictor autem vnicuique parti, quod eam decebat, attribuit. Ciuitates quoque bene institutæ, non æqualiter in omnibus disponuntur. Præterea quisnam Comœdiam, Tragœdiamque vituperet, quod omnes in ea non sint heroës, sed intersit & seruus & rusticus aliquis rudiori voce pronuntians. Poëma tamen non erit pulchrum, si quis inde tollat deteriores, quodve ex cunctis impletur.





AD CAPVT DECIMVM quartum.

Dissenserunt inter se Schola Hillelis & schola schammai.

ORiginem dissensionis doctorum recenset Arabicus mercator in Zohar sect. תרומה col. 278.

בשעתא דמית יוסף צדיקא יבשו מקורין ומבועין וכלהון שבטין נפלו בגלותא פתחו עלאי ואמרו צדקתך כהררי אל משפטיך תהום רבה וגו" בשעתא דמית משה אתחשך שמשא בטיהרא ואנעלת תורה שבכתב נהורהא : בשעתא דמית דוד מלכא כנישת סיהרא נהורהא ואורייתא דבעל פה כנישת נמי נהורהא. ומההוא זמנא אסגיאו מחלוקת על משנה וחכימים במחלוקות וכלהו תקיפי לבא בערבוביא : ועל דא חדוה דאורייתא לאו איהו בההוא זמנא בכל דרין דעלמא.

Id est : Quādo mortuus est Ioseph iustus, aruerunt fontes & scaturigines ; omnes

tribus inciderunt in captiuitatem. Exorsi sunt superiores, & dixerunt quod scriptũ est Psal. 36. v. 7. Iustitia tua sicut montes Dei: Iudicia tua abyssus multa &c: Quãdo mortuus est Moses, obscuratus est sol in meridie, & lex scripta clausit lumẽ suum. Quando vero mortuus est Dauid rex, contraxit Luna lucem suam: & lex oralis etiam lumen suum collegit: & ab eo tempore creuerunt dissidia super Mischna. Sapientes inter se dissentientes obfirmato corde inciderunt in confusionem. Ideo gaudium legis hoc tempore non est in vlla generatione mundi.

Schola Hillelis & schola Schammai.

FLoruerunt hi doctores secundum autorem libri. צמח דוד anno mundi 4728. Hillel vixit annos centum & viginti sicut Moses. Et quadraginta annos erat natus, quando exiuit ex Babylonia. Quadraginta annos docuit in academia: quadraginta annos fuit sum-

mus Prætor, quod officium transmisit ad posteros, qui eo functi sunt vsque ad annum 518.

Illi dicebant bonum esse homini non creari.

ID est animam corpori non adiungi: apud Plotinum Enn. 2. lib. 9. cap. 7. Quod præterea commercium animæ nostræ cum corpore, non sit animæ melius, etiam ante illos dictum est.

Hi vero bonum fuisse homini creari.

ID est animam vniri corpori. Plotinus Enn. 2. lib. 9. cap. 17. At si, inquit, animæ corpus annectant, non ita videlicet, vt hæc aliquid patiatur; sed potius alteri largiatur (nefas est enim esse penes Deos inuidiam) singula pro facultate percipere: sic eos recte admodum mundo prouidisse intelligemus, quum eam

virtutem animæ mundi tribuerint, vt naturam corporis per ſe minime pulchram, pro ipſius capacitate participem pulchritudinis efficeret: quæ quidem pulchritudo animas ad ſe rapit quaſi diuinas.

Intellectum materialem vocant Philoſophi.

NEpheſch ab Autore ligationis, quemadmodum & ab Auerroë Intellectus poſſibilis, dicitur materialis; quia eſt in potentia & ſe habet ad Intellectum agentem, vt materia ſe habet ad formam. R. Mekir Aldabi in libro *Viæ fidei*, materialem vocat, quia educitur de potentia materiæ.

הנפש היא מתחלה בכח חומר הגוף: ואחר כן תצא הנפש מן הכח אל הפועל.

Id eſt. Nepheſch ab initio eſt in potentia materiæ corporis: poſtea exit Nepheſch è potentia in actum.

Saniores vero Philoſophi Intellectum poſſibilem ideo vocant materialem non quidem quod educatur de potentia materiæ;

teriæ; eſt enim ſubſtantia ſeparabilis, vt ex illius modo operandi ſupra probauimus; nec etiam quod recipiat Intellectum agentem vt materia recipit formam; ſed quia patitur ab Intellectu agente, vt materia patitur à cauſa efficiente. Ab ortu enim nobis contingens veluti tabella, in qua nihil actu deſcriptum ſit, eſt in potentia ad omnes Intelligibilium imagines in ſe recipiendas, quas in ipſo producit Intellectus agens.

Poſtquam peruenit ad finem dierum בקצי הימים

CLarius videtur vertendum: poſtquam peruenit ad certos dies.

Intellectum acquiſitum.

INtellectum acquiſitum ſiue adeptum (quem Ruach vocat autor ligationis) docet Auerroës 3. de anima eſſe coniunctionem Intellectus poſſibilis cum

agente, à quo Intellectus possibilis tamquam à forma illuminatus abstrahit sibi speciem immaterialem de phantasmatibus. Quamquam secundum communem opinionem, Intellectus agentis officium sit solum producere in Intellectu patiente imagines obiectorum, siue species actu intelligibiles; quemadmodum lumen facit colores actu visibiles.

Quemadmodum Peripatetici dicunt esse Intellectum materialem, & Intellectum adeptum: sic apud Platonem in Phædro discimus, ὅτι ἡμῶν ἐν ἑκάστῳ δύω τινὲ ἐστὸν ἰδέα ἄρχοντε καὶ ἄγοντε, οἷν ἑπόμεθα ᾗ ἂν ἄγητον. ἡ μὲν, ἔμφυτος οὖσα ἐπιθυμία ἡδονῶν. ἄλλη δὲ, ἐπίκτητος δόξα, ἐφιεμένη τοῦ ἀρίστου. Duas in vnoquoque nostrum esse formas, siue species dominantes, & trahentes, quas nos item quocumque duxerint, sequamur. Vna quidem est in nobis insita voluptatum cupiditas: altera vero acquisita opinio, quæ bonum expetit: Hæc quando rationis auspiciis ad id quod optimum est, ducit, & imperium obtinet, Temperantia & prudentia vocatur σωφροσύνη. Illa quando ad vo-

luptates absque ratione trahit, & in nobis imperat, Imperium hoc ὕβεις libido siue procacitas appellatur. Huc refer quod ait Proclus in Theologiam Platonis lib. 5. cap. 25. Obscura periodus Saturnia vocabitur, quippe quod ipse Saturnus totius vitæ primariam causam præbeat. Secundum autem hanc naturaliorem, & omnibus notam circumuectionem, mouet quidem hoc vniuersum fatalis & insita cupiditas. Huius vero motionis autor est ipse Iuppiter eximie, qui & ipsum fatum mundo dedit, καὶ τὴν ἐπίκτητον ζωὴν & acquisitam vitam.

Intellectum abstractum vocant.

INtellectus agens secundum Auerroëm, est Intelligentia separata, habetque de sua virtute & opere prouidentiam, quæ est in animali rationali; & ad possibilis differentiam Intelligere eum dicunt Auerroistæ non recipiendo; sicut si videamus extramittentes, & nihil

intus ſuſcipientes; ita vt Intelligendo extra ſe ipſum non egrediatur: non enim eſt differentia inter intelligens, & intellectum in eo, niſi ſicut luminis in ſe, & luminis quo imbuti ſunt colores ad actum; Itaque ſecundum actum ſcientia eius eſt res ſcita, prout eſt ſcita. Ideoque nobiliori modo, quam nos, res intelligit: vnde poſſibile eſſe dicunt quod cauſæ alicuius rei ſint ignotæ, quoad nos; quæ tamen ſunt in eſſentia Intellectus agentis: & ſecundum hunc modum poſſunt reddi cauſæ prophetiarum, aliarumque prædictionum: Patimur tamen nos huiuſcemodi imbecillitatem ratione materiæ; à qua ſi quando ſegregemur, ad Intellectus agentis cognitionem euehi poſſumus: Apprehendere autem Intellectum agentem eſt vltimus gradus perfectionis animæ noſtræ, quia is eſt finis noſter, & noſtra beatitudo inquit Auerroës de Beat. an. cap. 5. Iſtumq; gradum vocari tradit ſpiritum ſanctum. (Neſchamah vocat autor ligationis.) Hic eſt Intellectus abſtractus.

Verum enim vero communis Philo-

ſophorum opinio aſſerit Intellectum agentem eſſe partem ſiue gradum animæ humanæ, nec intelligere: tum quia Intelligere eſt pati aliquid, aut quid paſſioni ſimile: Intellectus autem agens in ſua functione obeunda non patitur aliquid ſecundum Ariſtotelem, nec ſuſtinet quid paſſioni ſimile, ſed factiuus dicitur, & facere omnia: tum quia Intellectus agens in ſuo munere exequendo comparatur lumini erga colores: lumen autem colores efficit de potentia viſibilibus actu viſibiles, eorum ſpeciem ſenſibilem in medio & organo procreans: ipſum vero non percipit colores. Quamobrem Intellectus abſtractus videtur eſſe Intellectus poſſibilis, quum de obiecto ſibi repræſentato per formas ab intellectu agente ſuſceptas promit iudicium: tunc enim exuit materiæ conditionem, nullo corporeo, materialiue vtens famulatu ad tale iudicium in ſe formandum. Plotinus Enn. 2. lib. 3. cap. 15. Anima, inquit, ſi qua ſeiungitur, ſeiuncta nimirum, & propria peragit, paſſioneſque corporis non eſſe ſuas exiſtimat, quippe quum

iam aliud quiddam ſe exiſtere, aliud eſſe corpus animaduertat.

יפשפש במעשיו

כלומר ישתדל בקניית המעשים הטובים:
Inquit R. Abraham in libro. *Via fidei.* Id eſt Det operam, vt acquirat opera bona. Vel ſecundum Raſchba in libro. *Miniſterium ſanctum*:

ויבדוק עצמו מעבירות שעשה כבר.
Id eſt. Examinet apud ſe tranſgreſſiones & peccata, quæ iam ante commiſit.

Animam eſſe ſubſtantiam.

PRobat R. Mekir Aldabi:
לפי שהיא עומדת אחת במניין מקבלת ההפכים
והוא האמת והשקר שמחה ויגון חכמה וסכלות.
Id eſt: Quia eſt vna numero ſuſcipiens contraria, ſcilicet verum, & falſum; lætitiam, & moleſtiam: ſapientiam & ſtultitiam.

Spiritus ſanctus.

INtellectum abſtractum ſiue Neſchamah vocari ſpiritum ſanctum proxime vidimus: ideo, vt legimus in Zohar ſect. אחרי מות col. 108. quia emanat à principio quod eſt קדש ſanctum.

וקראן ליה רוח הקדש כלומר רוח מההוא קדש דלעילא.

Et vocant ſpiritum ſanctum: id eſt ſpiritum ex eo loco ſuperiori ſancto.





AD CAPVT DECIMVM quintum.

A ſabbato in ſabbatum.

QVia die tertio, qui eſt gradus ſabbati, vt dictum eſt, dixit Deus Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen; Ideo, inquiunt Iudæi, die ſabbati vacare licet operi generationis. In Zohar ſect. בראשית col. 59.

תרי זמני בהאי יומא כי טוב. חד לקבל דרגא דתפארת״ וחד לקבל דרגא דצדיק דאיהו יומא דשבתא דלעילא ועבידתא אתרא לית ביה זווגא לאפקא פרי נשמתין״ לעלמא פרי עובדוי דקבה״; הכי נמי לתתא דזווגא שרי ביה משבת לשבת.

Id eſt: Duo tempora ſunt in hoc die tertio, quibus dictum eſt. Quoniam bonum. Vnum propter gradum Decoris: aliud propter gradum Iuſti, ſiue fundamenti, cui reſpondet dies ſabbati ſupra; quo die nullum

nullum aliud opus licitum eſt, præter coniugale ad producendum fructum animarum in mundum, fructum operum Dei benedicti & ſancti. Sic etiam infra copula coniugalis eſt à Sabbato in Sabbatum.

Certum eſt Neſchamah non requieſcere in homine, niſi quando ipſe eſt diſpoſitus &c.

QVando, inquiunt, formatus eſt fœtus in vtero matris, infunditur in eum ſpiritus viuificus, quo tamquam vehiculo ſuo, ſiue figura induta anima vnitur corpori medio ſpiritu quodam corporeo, qui educitur è potentia materiæ, ratione cuius anima dicitur Nepheſch. Manet vulgo fœtus in vtero matris per nouem menſes: tres priores quidem in inferiori parte, tres medios in media, tres poſtremos in ſuperiori; alimentiſque maternis ſuſtentatur per illud tempus. Cum iam in mundum proditu-

rus eſt; Angelus extinguit illi lucernam, qua hactenus omnia illi patebant: & fomitem mali ſecum trahit iuxta illud Gen. 4. v. 7. Ad ianuam peccatum cubat: nihil eſt enim aliud fomes mali, quam appetitus materialis:

שבו יחפוץ בדברים חומריים.

Id eſt. Quo quis res materiales deſiderat. Huic fomiti tribuitur Angelus, qui vocatur Angelus mortis. Ita demum prodit ex vtero matris ſuæ, non ſine lachrymis. Iam vero vitæ eius periodus in ſeptem ætates diſtribuitur, vt legimus in libro. *Puluis Aromatarius.* In prima ætate: ſiue anno vitæ primo Infantem בן שנה comparant למלך חדש Regi nouo, quem omnes ſalutant, & exoſculantur. In ſecunda ætate aſſimilant eum לחזיר porco, propter ſordes, quibus ſolent ſe Infantes inquinare; tum quia:

Reddere qui voces iam ſcit puer, & pede certo
Signat humum.

Tamquam porcus ſequitur omnes. In ætate tertia puer ſimilis eſt לגדי hœdo, quia velut hœdus ſaliens geſtit paribus

colludere. Sub finem pueritiæ oritur fomes boni anno ætatis decimo tertio & die vno :

והיצהט״ לא יתחבר עמו עד שיהיה בן יג״ שנה ויום א׳.

Id eſt fomes boni non adiungitur illi, donec natus fuerit tredecim annos & diem vnum. Ideoque tunc infunditur in eum gradus Neſchamah animæ Intellectiuæ. Nihil enim aliud eſt fomes boni, inquit R. Mekir Aldabi, quam lumen rationis, & intellectus, quo lumine יחפוץ בדברים שכליים fertur puer in res intellectuales, licet nondum perfecte propter ætatem.

————————Iram
Colligit, & ponit temere, & mutatur
in horas.

In ætate quarta aſſimilant לסוס equo adoleſcentem.

Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto
Gaudet equis, canibuſque, & aprici
gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus
aſper,
Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris.

In ætate quinta ſimilis eſt Iuuenis:
לחמור שמניחין עליו אוכף כך מניחין אוכפו שנותנים לו אשה.

Aſino, cui imponunt ſellam: ſic ea ætate Iuueni datur vxor. In ætate ſexta comparatur:
לכלב שהוא חצוף נוטל מזה ונותן לזה גוזל לזה וגונב לזה ואינו מתבייש.

Cani qui impudenter ab alio aufert, vt alii tradat, hinc inde furatur & rapit ſine pudore. De his duabus ætatibus dixit Horatius in arte poëtica:

Conuerſis ſtudiis ætas, animuſque virilis
Quærit opes, & amicitias

Qui maxime ſapit.

———————— *Inſeruit honori,*
Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret.

Vltimam ætatem comparant:
לקוף נשתנה דמותו והכל מבזים אותו.

Simiæ propter mutationem perſonæ; tum quia ſenes expoſiti ſunt ſannis.

Multa ſenem circumueniunt incommoda.

Aſſerunt itaque Iudæi gradum animæ,

qui dicitur Neſchamah, non infundi niſi ſub finem pueritiæ.



AD CAPVT DECIMVM ſextum.

Quod futurum eſt, iam voca-tum eſt nomen eius.

IN Zohar ſect. אחרי מות col. 109. ad hunc Eccleſ. locum:

כל אינון נשמתין דבני נשא עד לא יחתון לעלמא כלהו גליפין קמיה ברקיעא בההוא דיוקנא ממש דאינון בהאי עלמא וכל מה דאולפין בהאי עלמא כלא ידעו עד לא ייתון לעלמא.

Id eſt. Omnes hominum animæ antequam deſcendant in mundum, deſcriptæ ſunt omnes coram Deo benedicto in firmamento, ea præciſe figura, qua futuræ ſunt in hoc mundo, & quidquid diſcunt in hoc mundo, hæc omnia norunt, antequam prodeant in mundum.

Non venit filius Dauid &c.

NArrant Iudæi, vt legimus in libris. *Puluis Aromatarius: Cedri Libani. Medrasch Conen. Anima sapientiæ. Pomum & flos, &c.* Deum ab ipsis mundi incunabulis eduxisse Neschamah animam Messiæ filii Dauidis è solio gloriæ; eiusque Ruach in horto Eden constituisse, vna cum Messia filio Ioseph; vbi peccatis Israëlitarum, quasi totidem vulneribus confossus Messias filius Dauid recumbit in lecto, quem describit Salomoh in Cantico Canticorum, expectans tempus determinatum in hunc mundum prodeundi, vt supra diximus: scilicet post sex annorum millia à mundi creatione, quum expletis omnium animarum periodis expurgatus ab omni immundicia mundus, septimo millenario, velut anno remissionis, perfecte sabbatizauerit. Huc detorquent illud Cantici Cant. 5. v. 15. Crura eius columnæ ww. Hæc sunt, inquiunt,

ששת אלפים של גלות sex millia annorum captiuitatis, de quibus intelligunt illud Gen. *Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyßi.* Terra erat inanis sub imperio Medorum, & Persarum. Vacua sub regno Græcorum: *Et tenebræ erant super faciem abyßi.* Hæ sunt tenebræ, quibus caligantes Israëlitæ obuoluti sunt sub dominio Edom. *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Tandem sub finem sexti millenarii aduentabit Messias filius Ioseph: qui dicitur spiritus Thr. 4. v. 20. & spiritus faciei nostræ Messias: feretur super aquas: id est merito legis & orationis veniet בזכות התורה וכן בזכות התפלה lex enim & oratio aquæ vocantur. De lege scriptum est Esa. 55. v. 1. Omnes sitientes venite ad aquas. De oratione Thr. 2. v. 19. Effunde sicut aquam cor tuum.

Huius Messiæ aduentum præcedent, vt narrant, multa signa. 1. Suscitabit Deus, producetque reges tres, qui fidem suam prodentes ab ipsa deficient simulata pietate homines seducturi: deinde metu pœnarum grauissimarum ad

doctrinam suam omnes traducere conabuntur; adeo vt etiam multi peccatores Israëlitæ de redemptione sua desperaturi sint. 2. Reg. cap. 14. v. 26. Quod consumpti essent vsque ad clausos carceres, & extremos, & non esset qui auxiliaretur Israël. De his dicta sunt hæc Esa. 59. v. 14. & 15. Propterea retrocessit iudicium, & iustitia à longe stetit, quia impegit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi: veritas, inquam, defecit. Omnes veritatis amantes turmatim aufugient, & furorem tyrannorum in cauernis se occultantes euitare conabuntur. Tunc temporis in Israële nullus erit rector Synagogæ, nulli misericordes, & sancti, nulli famosi, præcellentesque viri superabunt; vt neque rex, neque princeps. Ose. 3. v. 4. Diebus multis manebunt filij Israël absque rege, & absque principe, & sine vllo sacrificio, & sine statua, sine Ephod, & Theraphim. Ab extremis terræ venient homines quidam nigri, nec non abominabiles, quos si quis aspexerit, is præ pauore nimio morti succumbet. Etenim quiuis eorum capita, duo,

duo, oculos septem ad instar flammæ igneæ scintillantes habebit: tam facile, tam celeriter current, quam cerui vlli. Hinc aduertent Israëlitæ tempus redemptionis suæ accedere.

2. Calore à sole maximo terram vexabit Deus, vnde febres multiplices, ardentes & pestilentes, morbique alii existent, quibus gentes maiori ex parte morientur. Væ, inquit Balaam num. 24. v. 23. Quis viuet, quum Deus statuerit istud. Iusti tamen, & probi Israëlitæ illo æstu recreabuntur. Malach. 4. v. 2. Orietur autem vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas erit in alis eius: egredieminique, & multiplicabimini sicut vituli saginati. Multiplicabit enim Deus tum maxime populum suum, vt compleantur corporibus omnes animæ, quas creauit, quibus præsentem liberationem afferat. Esa. 60. v. 22. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam: Ego dominus in tempore eius subito faciam istud.

3. Demittet Deus in terram rorem sanguineum, Ioël 2. v. 30. Daboque prodi-

gia in cœlo & in terra, ſanguinem, & ignem, & columnas fumi. Nullum tamen malum inde iuſtis infligetur. Dan. 12. v. 3. Intelligentes autem fulgebunt vt ſplendor firmamenti : & iuſtificantes multos, tamquam ſtellæ in ſæculum, & in æternum.

4. Rorem iterum, ſed ſalubrem decidere faciet Deus, quo, qui de priori rore ægri erant, conualeſcent: quomodo ſcriptum eſt. Oſe 14. v. 6. Ero tamquam ros Iſraël, germinabit tamquam lilium, & pertingent radices eius, veluti lebanon.

5. Solem in tenebras conuertet Deus adeo denſas, vt ſpatio dierum triginta non luceat. Ioël 2. v. 31. ſol ipſe conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequam veniat dies Iehouæ magnus, & horribilis: triginta tamen diebus elapſis reſtituet illis Deus ſplendorem priſtinum. Eſa. 24. v. 22. & congregabuntur congregatione vinctorum in carcere, claudenturque in carcere, & poſt multos dies viſitabuntur. Hoc miraculo multi, inquiunt, Iu-

daïcam religionem sequentur. Ioel. 2. v. 9. Obseruantes vanitates mendaces, misericordiam suam derelinquent.

6. Permittet Deus, vt regnum Edom, nempe Romanum, per mundum imperet vniuersum: quo tempore Israëlitæ mirum in modum minuentur, & delebuntur, adiutoremque nullum prorsus habebunt. Esa. 59. v. 16. Vidit quod non esset vir, & admiratus est, quod non esset, qui intercederet: Itaque salutem fecit ipsi brachium eius. Præfectus gentium vocabitur Gog. Ezech. 39. v. 1. Ecce ego super te Gog principem capitis Mosoc, & Thubal. Per nouem menses mundo vniuerso dominabitur. Mich. 5. v. 3. Propter hoc dabit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet: & reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Israël.

Post menses nouem mittet Deus Messiam ben Ioseph, è filiis Iosephi oriundum (cui Nehemiæ nomen erit) filium Huzielis. Veniet ille cum stemmate Ephraimico, Manassæo, & Ben-

iamitico, & cum parte filiorum Gadis vna. Veniet Elias eius aduentum prædicans: Iſraëlitæ mox ex omnibus vrbibus, & regionibus ad eum ſe conferent. Ier.3. v. 14. Conuertimini filii rebelles, dixit dominus, nam ego dominatus ſum vobis, & aſſumam vos, vnum de ciuitate vna, & duos de familia vna, & introducam vos in Sion. Meſſias recuperabit Ieruſalem, & bellum grauiſſimum contra regem Edomiticum geret: ſubacto, captoque rege magnam Edomitarum ſtragem edet iuxta illud Ezech. 25. v. 14. & Dabo vltionem meam in Edom per manum populi mei Iſraël, facientque in Edom iuxta furorem ſuum. Interim aiunt natum eſſe Armillum, ſiue Antichriſtum. Dicunt Romæ marmor aliquod eſſe imaginem virginis præ ſe ferens, quod manibus humanis factum non ſit, ſed potentia diuina tale extiterit: Ad imaginem iſtam ſeſe congregabunt homines impuriſſimi, quotquot in mundo ſunt, amoreque illius flagrantes cum illa conſueſcent; Hinc Deus creaturam, figuramve infantis in marmore

eodem efformabit. E marmore isto tandem dirupto Infans iste prodibit, Armillus impius, Antichristus, monstro potius quam homini similis. Ille se opponet Messiæ filio Ioseph, & aduersus eum ingentes ducet copias; commissoque certamine maximum Israëlitarum numerum interimet: vnde grauis luctus erit in Israële. Zach. 12. v. 12. Et planget terra, familiæ, & familiæ seorsum. Ipse Messias ben Ioseph etiam occidetur in Zohar sect. וירא בלק col. 376.

וימות משיח דא ויתקטל ויהא מית זמנא.

Id est morietur ille Messias, & interficietur, manebitque mortuus per aliquod tempus. Erit tunc temporis molestia, & angustia inter Iudæos tanta, quanta ab orbe condito non fuit. Zach. 12. v. 11. In die illa magnus erit planctus in Ierusalem. v. 10. Plangent eum planctu quasi super vnigenitum; & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. Angeli sancti sublatum eum, occultatisque cum Patriarchis conseruabunt. Eius tamen mortem Armillus non percipiet. Israëlitæ vero in magnas redacti

angustias Michaële Angelo protectore suo fulcientur. Dan. 12. v. 1. In tempore autem illo stabit Michaël princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui: Eritque tempus angustiæ, qualis non est facta ex eo tempore, quo fuit gens vsque ad tempus illud &c. Tanto timore percellentur, vt plurimi in desertũ profugiant, vbi probabit illos Deus, purgabitque Ezech. 20. v. 38. & seligam è vobis rebelles, & præuaricantes in me &c. Dan. 12. v. 10. Mundabuntur, & dealbabuntur, & repurgabuntur multi, impie autem agent impii; sed intelligentes intelligent. Ita Ose. 2. v. 14. Propterea en ego seducam eam, & deducam eam in desertum, loquarque ad cor eius. In illo deserto manebunt per 45. dies Dan. 12. v. 11. & 12. A tempore autem quo ablatum fuerit iuge sacrificium ad ponendam abominationem stupendam, erunt dies mille ducenti & nonaginta. Beatus qui expectauerit, & peruenerit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque: Tu autem vades ad finem tuum, & requiesces, stabisque in sorte tua in fine

dierum. Intelligē quod vbi ad numerum præcedentem nonaginta illorum additi fuerint 45 dies; inde numerus postremus 1335. orietur. Persequetur illos Armillus per desertum & solitudinem Ægypti, & in magnas angustias rediget eos Dan. 11. v. 42. Et terra Ægypti non erit in euasionem. Beati tamen erunt, quia cito spectabūt vltionē, quam de Antichristo sumet Deus. Israëlitarū autem ii, qui propter peccata sua indigni erunt, qui liberationem videant, morientur. Ab Ægypto Ierosolymam versus se conuertet Antichristus, vrbemque obsidione premet; ita vt videatur vltimum illi imminere periculum. Dan. 11. v. 45. & plantabit tabernaculum palatii sui inter maria, in monte inclyto sanctitatis, & veniet vsque ad summitatem eius, & non erit adiutor ei. Adiungent se illi septuaginta præfecti ex vniuerso mundo comparantes turmas ad expugnandam Ierusalem vrbem sanctam, vt legimus in Zohar sect. בשלח ad illud Psal. 2. Astiterunt Reges terræ, & principes consultarunt simul aduersus dominum & ad-

uersus Christum eius. Quid dicent? Insurgamus aduersus illum Messiam (nondum enim mortem eius resciuerant) & aduersus populum eius. Quin etiam, inquit R. Simeon, suscitabit Deus omnes reges, qui oppresserunt aliquando Israël (quorum animas, vel illas in gehenna castigando, vel in corpora animalium reuoluẽdo ad hoc vsque tempus seruarat Deus) De omnibus illis sumet vltionem palam circum Ierusalem. Habitans in cœlis subsannabit eos Psal. 2. Zach. 14. v. 12. & hæc erit plaga, qua percutiet dominus omnes gentes, quæ bellum gesserunt aduersus Ierusalem: tabescet caro vniuscuiusque stantis super pedes suos. Ezech. 38. v. 22. & Iudicio contendam cum eo, peste, & sanguine: & imbrem inundantem, & lapides grandinis, ignem, & sulphur pluere faciam super eum, & super exercitus eius, & super populos multos, qui erunt cum illo. Obad. 18. & erit domus Iacob vt ignis, & domus Ioseph, velut flamma: & domus Esau vt stipula. Peribit Armillus, & multæ myriades populorum. Maxima

tamen

tamen pars gentium ad hoc spectaculum horrendum & mirabile obstupescens conuertetur ad Messiæ doctrinam. Soph. 3. v. 9. Tunc enim vertam ad populos labium electum, vt inuocent omnes nomen Iehouæ, vt seruiant ei humero vno. Gentes vero & regnum quæ non seruierint tibi, peribunt: Gentes, inquam, vastando vastabuntur. Esa. 60. v. 12. Tunc exsurget Angelus Michaël, terque cornu grande inflabit. Esa. 27. v. 13. & erit in die illa clangetur tuba magna, & venient, qui perierant in terra Assur, & expulsi fuerant in terram Ægypti, & incuruabunt se Iehouæ in monte sanctitatis Ierusalem. Zach. 9. v. 14. Dominus Iehouah tuba clanget, atque incedet cum turbinibus austri. Omnes Israëlitæ per diuersas mundi regiones dispersi accedent ad terram sanctam. Reges gentium facti proselyti ipsos humeris suis, & curribus suis pensilibus impositos Ierosolymam deducent; præibitque illis Deus Mich. 2. v. 13. Ascendet effractor ante ipsos: frangent, & transibunt portam, & egredientur per eam, transibit-

que rex eorum ante eos : Iehouah autem in capite eorum. Aperiet illis Deus fontes ex arbore vitæ profluentes; eosque dum in itinere erunt, potabit, ne sitim vllo tempore patiantur, quemadmodum scriptum est Esa. 42. v. 18. Aperiam in excelsis flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagnum aquarum, & terram solitudinis in scaturigines aquarum: item cap. 49. v. 10. Non esurient, neque sitient, neque percutiet eos æstus, aut sol, quia miserator eorum diriget eos, & ad fontes aquarum deducet illos. Tandem quum omnes congregati fuerint, adorabunt Deum in monte sancto; expectabit que Deus à principio anni diem expiationum, vt interim seniores moriantur: quoad residuos vitæ longioris:

ישלח מלאכו לקחת קרובתם תוך שנתם.

Id est: Mittet Deus angelum suum, vt accipiat depositum eorum inter dormiendum. Idque continget anno vltimo sexti millenarii; vt expleta omnium animarum periodo, septimo millenario maximum, & perfectissimum sit Sabba-

tum Zach. 14. v. 7. & erit dies vna, quæ nota est domino, non dies neque nox:

זהו אלף השבעי שהוא יום שבת ליהוה.

Id est: Hoc est millenarium septimum, dies Sabbati quo requiescet Dominus, cœlestemque Ierusalem ingredietur locum quietis suæ.

שכבר נשבע יהוה שלא יכנס לירושלים של מעלה עד שיכנסו ישראל בירושלים של מטה כאמרו בקרבך קדוש ולא אבוא בעיר.

Id est: Iurauit enim iam ante Dominus se non introgressurum Ierusalem superiorem, donec Israëlitæ collecti fuerint ad Ierusalem inferiorem iuxta illud Ose. 11. v. 9. In medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem. Quumque iam omnes animæ suis completæ corporibus חוק receptaculum suum repetierint, cessabunt omnes generationes: mundus erit desertus, & solitarius; quia, inquit R. Moses filius Schemtof in lib. *Animæ sapientiæ*:

אין דבר שבעולם זולתי יהוה.

Nihil erit in mundo præter Deum benedictum, quomodo scriptum est. Esa. 2. v. 17. & exaltabitur Dominus solus in die

illa. De hoc millenario scriptum est Psal. 90. v. 4. Mille anni ante oculos tuos sicut dies hesterna, quæ præteriit. Octauum vero millenarium est sæculum Dei benedicti in libro. *Pomum & flos.*

אלף ח׳ יומו של הקדוש ברוך הוא:

Illo millenario veniet Messias filius Dauid. Vocabit Deus benedictus illius Neschamah, & Ruach secum ad Ierusalem cœlestem, ad fontem vitæ, è חוק id est è locis, in quibus versabantur antea. Vnde prodibit Messias filius Dauid, & descendet immortalis in Ierusalem inferiorem. Ita Balaam num. 23. v. 9. & de collibus, inquit, considerabo eum: De colle scilicet inferiori, qui dicitur חוק; & de Ierusalem superiori. Huiusmodi egressus eius describitur Psal. 2. v. 6. & 7. iuxta expositionem Zohar sect. וירא בלק col. 376. *Narrabo* אל חק *Dominus dixit ad me. Filius meus es tu, ego hodie genui te.*

לומר להחוא אתר דאקרא חק ולבשרא: אמר אלי בני אתה אני היום ילדתיך. ההוא יומא ממש אפיק ליה מתחות גדפהא בכמה חיין בכמה עטרין בכמה ברבאן כדקא יאות והוא חק לא אשתאר בלחודוי:

יתכליל ביה משיחא אחרא בריה דיוסף ותמן יתתקף
ולא באתר אחרא ובגין דאיהו גבעה תתאה דלית
בא חיין ימות משיח דא ויתקטיל ויהא מית וזמנא
עד דתלקוט חיין דא גבעה ויקום: דהא גבעה ברה
דלתתא דאתכליל בה אצטריך לזמנא דאתי כד ייתי
מלכא משיחא לנטלא ליה גבעת עלאה ולאעלא
ליה גו צרפהא בגין לאתקפא ליה ולאוקמא בחיין
עלאין ומניה יפיק בההוא יומא משיחא דדוד.

Id est: Loquetur Messias filius Dauid; & annunciabit loco illi, qui vocatur חק Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Eô præcise die eduxit illum ab aliis suis quotuplici vita, quot coronis, quot benedictionibus, vt par est. Ille vero locus חק non remansit desertus & solitarius. Remansit in eo Messias alter filius Ioseph: & illi loco, nec alii adhæsit. Ideoque quia ille collis inferior caret vita (id est: quia animæ in eo residentes delabuntur in corpora mortalia) morietur ille Messias, & occidetur, manebitque mortuus per aliquod tempus; donec ille collis collegerit vitam resurrectionis. Etenim iste collis, qui filium infra capit, debet futuro tempore, quando veniet rex Messias, assumi ad

collem superiorem, & recipi inter alas eius, vt illi adhæreat, & stet ad vitam superiorem. Inde egredietur eo die Messias Dauidicus: & vna cum Elia suscitabit Messiam filium Ioseph. Ab eo tempore vocant Iudæi vtrumque Messiam Dauidem & Regem. In Zohar sect. בראשית col. 232.

הא תנן מלכא משיחא אי מן חייא הוא דוד שמיה:
ואי מן מיתיא הוא דוד שמיה.

Id est: Ecce discimus regem Messiam siue à viuis venientem vocari Dauidem, siue à mortuis surgentem, etiam vocari Dauidem. Postea omnes Israëlitas reuocabit ad vitam, vt diximus supra; etiam & proselytos, vt impleatur quod est scriptum Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Aliæ vero gentes non resurgent, sed peribunt iuxta illud Psalmi. 1. Impii non resurgent in iudicio: & Esa. 40. v. 17. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei. Israëlitas autem & proselytos, quum iam resurrexerint, iudicabit: hos quidem, qui perfectissimi fuerint, in vitam æter-

nam, alios autem in opprobrium mundi, donec perfecte fuerint expurgati.

Obiiciunt quidam. Quum statim post mortem vnusquisque iudicium subierit, quare iterum iudicio alio opus est? Respondent Rabbini in libro. *Pomum & flos.*

אפ על פי שכבר נדונו לאחר מיתתם לגן עדן או לגיהנם מפני הנפש עדיין יהיה דין אחר אם יזכי לחיי עולם הבא שהוא קיים לעולם הבא.

Id est: Quamuis fuerint iudicati post mortem, vt vel in horto Eden mercedem corpoream recipiant per Nephesch; vel in gehenna pœnam corpoream patiantur; adhuc tamen aliud subibunt iudicium: an digni sint vita æterna mundi futuri; vt Ierusalem cœlestem ingrediantur. Hoc est quod supra dictum est, hoc iudicio Nephesch vniri דיי Ruach, Ruach דיי Neschamah, Neschamah Deo. Tum demum renouabit Deus generationes dando spiritum nouum &c: Repete quæ scripsimus de effectu resurrectionis.

Notandum est apud Iudæos Messiam vocari filium Dauid, quia Psal. 130. dixit

Dauid. Paraui, accendi lucernam Meſſiæ meo; id eſt animam paraui; anima enim lucerna Dei eſt Prou. 20. Immo aiunt animam Dauidis fuiſſe animam Meſſiæ, quæ prius fuerat in Adamo. Vnde narrant Dauidem non alios vixiſſe annos, quam ſeptuaginta reſiduos ex mille annis vitæ Adami: Id deſignant Cabaliſtice per Notaricon in nomine אדם.א Adam, ד Dauid, ם Meſſiam deſignat.

Enimvero non me latet quoſdam dixiſſe Meſſiam filium Dauid venturum ante ſeptimum millenarium, vt legimus in libris: *Anima ſapientiæ*. & .*Puluis Aromatarius*. Verum autores tum libri. *Anima ſapientiæ*. tum libri. *Puluis Aromatarius* concludunt tandem ſibi non videri probabile venturum Meſſiam filium Dauid ante ſolitudinem ſeptimi millenarii; quia, inquiunt, neceſſe eſſet animas omnes, ſi aduentu Meſſiæ corpora ſua reſurgendo reſumpſiſſent ante ſeptimum millenarium, ex illis iterum diſcedere. Debet enim eſſe ſecundum Talmudicam doctrinam ſeptimum mil-

lenarium

lenarium חרוב desertum & solitarium.

אם יבא המשיח קודם חורבן השביעי ויבנה המקדש ויחיו המתים אם כן תהיה השמחה ותשלות כרגע הואיל וימותו מיד מה תועלת.

Si veniret Messias ante solitudinem septimi millenarii, & ædificaret templum, & suscitaret mortuos: sic esset lætitia & tranquillitas momentanea, quandoquidem statim essent morituri. Quid prodesset? Reuoca, inquit, in memoriam, quid contigerit in captiuitate Babylonica, quando data est Israëlitis facultas redeundi Ierusalem; non omnes reuersi sunt; plurimi in Babylonia remanserunt; quia sciebant fore, vt iterum domus sancta destrueretur. Ita scriptum est Cant. Cant. 5. v. 3. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos?

His quæ de fine mundi, eiusque restauratione tradunt Iudæi, simile quid narrat Plato in Politico. Postquam omnium tempus esset expletum, mutatioque circuitus appeteret, & terrenum genus consumptum esset: quum videlicet quælibet anima generationes omnes sibi tributas

implesset, & prout mandatum erat cuique, totidem vnaquæque in terram semina proiecisset: tunc vniuersi gubernator Deus, quasi gubernaculi dimissis habenis, in suam ipsius rediit speculam: mundum vero deinceps fatum reuoluit iterum, & cupiditas innata: omnes quinetiam dii summi dæmonis collegæ, singulis præpositi regionibus, quum, quod mundo contigerat, cognouissent, mundi partes destituerunt: mundus deinde contraria principii, finisque agitatione se se reflectens, terræ motu ingenti interiora concutiens, animalia rursus cuiusque generis vt plurimum perdidit &c. Itaque Deus ille huius ordinis parens, & autor cernens mundum in tantas angustias coniectum, sollicitus ne tumultu tam turbulento fluctuans dissolueretur, & in locum dissimilitudinis infinitum mergeretur, rursum mundi gubernacula repetit, & iis sollicite insidet, ægrotasque, atque dissolutas mundi partes, & quasi luxatas ad pristinum circuitum reuocatas ornat, atque emendat: Ipsumque proinde à senii, & mortis iniuria

vendicat. ἀθάνατον αὐτὸν καὶ ἀγήρω ἀπεργάζεται.



AD CAPVT DECIMVM septimum.

את *Per multiplicationem fiunt 9.*

ID est את denotat tres dictiones את גיר הנשה, vel tres litteras dictionis גיר in se multiplicatas producere nouem: ter tria faciunt nouem.

Quod sursum designant, si bonum est; bonum erit etiam membrum.

HOc explicatur in Zohar sect. בראשית col. 98.

אלין אתכלילו ברזא דאדם ואלין אתכלילו ברזא
דטמא. כל זינא אזיל לזיניה.

Id eſt: Hæc quidem continentur in myſterio Adam: id eſt ſunt à principio mundo: Illa vero continentur in myſterio immundi. Vnaquæque ſpecies refertur ad ſuam ſpeciem.

Neque eiuſdem ſpeciei.

SVbiunge ex Zohar ſect. וישלח col. 390.

אבל שאר עמים עעז׳ יאכלו ליה דאיהו מסטרא
ומזינא דמלאכא דלהון דאיהו סמאל.

Verum alii populi idololatræ comedunt illum, quia ſunt affines, & eiuſdem ſpeciei cum angelo ſuo Semaël.

Qui ſimili quo dominus eorum nomine vocantur.

מטטרון Mitatron ſcilicet. Quod nomen κατ' ἐξοχὴν tribuitur principi ipſorum,

qui vocatur princeps facierum: de quo ſupra pag. 215.

De neruo obliuioſo.

NOn videtur hic omittenda elegans expoſitio R. Mekir Aldabi in libro. *Viæ fidei.* Deus, inquit, expreſſit nobis myſterium captiuitatum, & liberationum populi ſui per ea, quæ contigerunt Patriarchis Abraham, Iſaac, & Iacob. Abraham dominante fame cum familia ſua, & opibus ſuis deſcendit in Ægyptum Gen. 12. v. 1. facta eſt autem fames in terra: deſcenditque Abram in Ægyptum, vt ibi peregrinaretur: præualuerat enim fames in terra. Ibi vxore ſua ſpoliatus eſt, quæ ad Regem eſt adducta. Eam tamen coactus eſt princeps Abrahamo reſtituere, maximis plagis vrgente Deo: Eumque multis donatum muneribus è terra ſua dimiſit. v. 19. Nunc igitur Ecce coniux tua, accipe eam, & vade. Diſceſſit itaque Abraham, & peregrinatus eſt, donec peruenit ad Bethel

locum altaris, in quo inuocauit nomen domini.

Hoc est mysterium primæ captiuitatis. Vrgente fame profectus est Iacob in Ægyptum cum vniuersa familia sua, cum omnibus quæ habebat. Ibi postea filios eius in seruitutem redegit Pharao, & generationem Israëlis hoc edicto decreuit delere Exod. 1. v. 22. Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proiicite. Tandem coactus est Pharao vi plagarum, quibus ipse, & populus eius percussi sunt, dimittere populum Israëliticum, de suo etiam largiendo. Exod. 12. v. 31. Surgite, & egredimini à populo meo, vos & filii Israël: Ite immolate domino, sicut dicitis, oues vestras, & armenta assumite, vt petieratis. v. 35. & petierũt ab Ægyptiis vasa argentea & aurea, vestemque plurimam. Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptiis, vt commodarent eis. Egressus est igitur populus Israëliticus ex Ægypto, & traductus est per desertum, donec ad locum sanctum cultui diuino destinatum sacrũque peruenit Deut. 12.

v. 10. Neque enim vsque in præsens tempus venistis ad requiem, & possessionem, quam Dominus Deus vester daturus est vobis: transibitis Iordanem, & habitabitis in terra, quam dominus Deus vester daturus est vobis, vt requiescatis à cunctis hostibus per circuitum; & absque vllo timore habitetis in loco, quem elegerit Dominus Deus vester, vt sit nomen eius in eo.

Isaac migrauit quidem è loco habitationis suæ; patriam tamen non mutauit Gen. 26. v. 2. Ne descendas in Ægyptum, sed quiesce in terra, quam dixero tibi &c. In ea regione multas opes acquisiuit, & beneuolo Rege vsus est. v. 29. Sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet: sed cum pace dimisimus auctum benedictione domini.

Hoc est mysterium captiuitatis Babylonicæ, in qua non omnes transmigrauerunt in Babyloniam, sed quamplurimi relicti sunt in Iudæa, quibus præfectus est Nebuzaradan, qui demum reliquit vinitores, & agricolas. Postea regnante Cy-

ro magno in honore habiti sunt Iudæi. Is pro sua humanitate concessit facultatem redeundi Ierusalem iis, qui in regionibus suis versabantur. Esd.1. Quis est in vobis de vniuerso populo eius: sit Deus illius cum ipso: ascendat in Ierusalem, quæ est in Iudæa, & ædificet domum domini Dei Israël; Ipse est Deus qui est in Ierusalem, & omnes reliqui in cunctis locis vbicumque habitant adiuuent eum viri de loco suo, argento & auro, & substantia, & pecoribus, excepto eo quod voluntarie offerunt templo Dei, quod est in Ierusalem.

Iacob subducens se iræ fratris sui Esau fugit inops in Mesopotamiam Syriæ, vbi seruus fuit fratrum matris suæ; multaque mala passus est. Cumque repeteret patriam suam; occurrit illi Esau animo hostili, illique metum maximum incussit. Gen.32. Erue, inquit, me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo; ne forte veniens percutiat matrem cum filiis: ita vt coactus fuerit Iacob illius beneuolentiam muneribus sibi conciliare.

Hoc

Hoc est mysterium captiuitatis præsentis Israëlitarum: Quod clarius expressum est per luctam Angeli cum Iacob. Erat ille angelus custos Esau, qui animaduertens se non posse superiorem euadere luctando cum Iacob, percussit illum in curuatura femoris; significans, licet tunc temporis ipsi Iacob nocere non posset, sequentibus tamen sæculis se oppressurum posteritatem eius, quæ designatur per curuaturam femoris. Vnde sequitur. Et orto sole claudicabat. Hoc denotat claudicationem, & miseriam posterorum Iacob sub imperio Esau; donec veniat Messias Mich. 4. v. 6. In die illa, dicit Dominus, congregabo claudicantem: & eam, quam eieceram, colligam, & quam afflixeram. In memoriam huius percussionis, siue captiuitatis vetuit Deus, ne comederent filii Israël neruum illum qui emarcuit in femore Iacob.

A præceptis affirmatiuis quæ tempori addicta ſunt.

EXempli gratia mulieres, vt feſto tabernaculorum ſub dio aſſidue verſentur, non ſunt obnoxiæ.



AD CAPVT DECIMVM octauum.

Omnes Iſraëlitas partem habere in futuro ſæculo.


COnſule caput ſeptimum, vbi expoſuimus quinam ſint reſurrecturi.

Exequi חוקים *statuta, & seruare* משפטים *Iudicia.*

MAiemonides in more Neuochim parte 3. cap. 26. Omnia, inquit, præcepta causam habent; hoc est, omnia præcepta, & prohibitiones finem atque vsum habent, idque ita, vt quorumdam vsus nobis sit cognitus & manifestus, vt prohibitionis Homicidii, & furti; quorundam vero non, vt in præceptis de vestimento commixto ex lana & lino: de carne & lacte: de Hirco, qui in desertum emittebatur; item in prohibitione præputii, & heterogeneorum. Illa, quorum vsus & vtilitas nota est vulgo; vocantur משפטים Iudicia; illa vero, quorum vsus non est vulgo manifestus; vocantur חוקים statuta: de quibus sapientes nostri dixerunt: In verbis quæ חקקתי statui tibi, non licet tibi cogitare (hoc est, aliquid mutare, ea vellicare) &, Satan accusat illa; Gentes mundi contradicunt illis.



AD CAPVT DECIMVM nonum.

Vel unicum præceptum sufficere.

INtellige præceptum, *Non concupisces* secundum autorem libri. *Puluis Aromatarius* :

וְהִנְחִילָם אֲמָרָיו, וְהִשְׁמִיעָם עֶשֶׂר דִּבְּרוֹת וְחָתַם בְּדִבּוּר לֹא תַחְמוֹד שֶׁכּוּלָּם תְּלוּיִם בּוֹ וְלַרְמוֹז כִּי כָּל הַמְקַיֵּים מִצְוָה זוֹ כְּאִלּוּ קִיֵּים כָּל הַתּוֹרָה וְכָל הָעוֹבֵר עָלֶיהָ כְּאִלּוּ עוֹבֵר עַל כָּל הַתּוֹרָה כּוּלָּהּ.

Id est : fecit illos hæredes verborum suorum, & pronunciauit illis audientibus decem verba, quæ obsignauit præcepto: *Non concupisces*: omnia enim ab illo pendent : significando quicumque hoc præceptum obseruat ; perinde esse, ac si totam legem obseruaret : & qui illud transgreditur, perinde esse ac si totam legem

transgrederetur. Autor vero libri. *Pomum & flos*: sic intelligit vnicum præceptum sufficere; quod, si quis toto vitæ suæ tempore multas præuaricationes commiserit, modo sub finem dierum pœnitentiam agendo, vel vnicum præceptum obseruauerit recta intentione, & ita diem suum obierit:

תספיק לו אותה כונה לתת לו עולם הבא.

Sufficit illi ea intentio, vt futurum sæculum adipiscatur: Ideo, inquit, dixerunt magistri nostri f. m. Omnes Israëlitas participes fore futuri sæculi. In Zohar sect. ויקרא col. 21. alia affertur explicatio: כל מאן דנטיר האי ברית המלה כאילו נטיר אורייתא כלה.

Id est: Quicumque custodit hoc pactum circumcisionis, perinde est ac si custodiret legem vniuersam. Ita postquam circũcisus est Abraham scriptum est Gen. 26. v. 5. Eo quod obedierit Abraham voci meæ, & custodiuerit præcepta & mandata mea, & ceremonias, legesque seruauerit:

בגין דאתגזר ואתרשים ביה רשימא קדישא ונטיר ליה בדקא יאות סליק ליה כאלו נטר אורייתא

כלה: יצחק כמו כן כתיב ואת בריתי אקים את יצחק ועל דא אוריתא אקרי ברית.

Quia circumcisus est, & signatus signo sancto, quod; vt par est, obseruauit; perinde fuit, ac si totam legem seruasset. Sic etiam scriptum est de Isaac Gen. 17. v. 21. Et pactum meum statuam ad Isaac. Ideoque lex vocatur pactum.

Si modo tria seruarem, sanguinem, ignem & massam farinaceam.

TRia hæc mandata proponuntur fœminis seruanda in Talmud tract. de Sabbato: 1. Massam farinaceam sumere ad placentam infermentatam faciendam. 2. Luminaria diebus Sabbati accendere. 3. Rationem menstruorum suorum habere. Hæc more Cabalistico per nomen חוה Eua designantur. ח. significat חלה placentam: ו. נדה fluxum muliebrem: ה הדלקה Incensionem repræsentat. Ratio redditur in Talmud Ierosolymitano tract. de Sabbato, & in Bereschit rabba

ad versum 27. cap. 1. Gen. *Et creauit Deus hominem.* Quia, inquiunt, mulier fuit causa mortis hominis; Ideo dedit Deus mulieribus præceptum menstruatæ. Gen. 9. v. 6. Quicumque effuderit sanguinem humanum, fundetur sanguis illius. Adam erat lucerna mundi. Prou. 20. Lucerna Dei anima hominis: Extinxit illam Eua; Ideo mandatum accendendi lucernas diebus Sabbati traditum est mulieribus. Adam erat placenta mundi: quemadmodum enim subacta massa farinacea in aqua, exsurgit placenta; sic ex puluere irrorato formatus est Adam. Corrupit Eua eam placentam domini; Quamobrem præceptum placentæ faciendæ iniunctum est fœminis.

Expositum est Deum educere animas fœminarum ex loco certo & proprio.

APud Platonem *Lib. sexto de legibus.* Muliebre videlicet genus, aliud est, & plane diuersum ab hominis

genere, magis latens & verſutum, propter naturæ imbecillitatem: non recte tamen illud prætermiſit legiſlator ſine certo diſciplinæ ordine, quod nimirum maiore cum difficultate cohibeatur.



AD CAPVT VIGESIMVM primum.

Ab eo tempore vocatur proſelytus Iuſtitiæ.



Vando diuiſæ ſunt omnes gentes, inquit R. Ioſeph filius Carnitolis, tempore confuſionis linguarũ; Deus benedictus elegit ſibi familiam vnam, ex qua ortus eſt Abraham & Iſaac; quibus cœli portam aperuit juxta illud Pſal. 118. v. 20. Hæc eſt porta Domini, Iuſti intrabunt in eam: Eoſque & poſteros eorum Iuſtos benedictioni-

bus

bus cumulauit: Sic enim de Abrahamo ſcriptum eſt Gen.12.v.3. Benedicam benedicentibus te: In te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ; quamquam illis clauem portæ non tribuerit, quia ex Abraham quidem natus eſt Iſmaël: ex Iſaac vero Eſau. Neque vero plene ante aduentum Iacob Deus ſe communicauit, iuxta illud Pſal. 146. v. 19. Annuncians verba ſua Iacob, Iuſtitias ſuas, & iudicia ſua Iſraël, & Deut. 32. v. 8. & 9. Quando diuidebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſraël: pars autem Domini, populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Tribuit Iacobo, & familiæ eius clauem portæ cœli; quia filij eius omnes fuerunt ſancti patriarchæ. Hoc eſt myſterium ſcalæ Gen. 28. v. 12. Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum: & vidit dominum innixum ſcalæ. Cumque euigilaſſet exclamauit. Vere dominus eſt in loco iſto: Non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cœli. Ideoque ſcriptum

eſt Pſal. 135. v. 4. Quoniam Iacob elegit ſibi dominus, Iſraël in poſſeſſionem ſibi. Hinc fœlicitas æterna, ad quam per eiuſmodi clauem datur aditus, vocatur hæreditas Iacob. Eſa. 58. v. 14. Tunc delectaberis ſuper domino, & ſuſtollam te ſuper altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Quæ quum ita ſint populis aliis cœli portam patere negant, niſi familiæ Iacob fuerint aggregati: כלומר עד שיתגיירו id eſt donec fiant proſelyti. Sic adiuncti congregationi Iſraël dicuntur proſelyti iuſtitiæ, quod in eo ſtatu habeant apertam cœli portam, quæ ſecundum Cabaliſtas vocatur Iuſtitia: hæc eſt numeratio Regni, quæ dicitur etiam præſentia Dei שכינה iuxta illud Deut. 33. v. 28. ישכון habitabit Iſraël confidenter & ſolus in oculis Iacob: הוא סוד השכינה הנקרא צדק Hoc eſt myſterium *præſentiæ Dei*, quæ vocatur *Iuſtitia*. Quomodo ſcriptum eſt Pſal. 118. v. 19. & 20. Aperite mihi portas Iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor Domino, & Pſal. 17. v. 15. In iuſtitia videbo facies tuas. Alii tradunt proſelytos iam ad-

iunctos congregationi Israël suas benedictiones ex promissis Abraham & Isaac, tanquam è puteis haurire; (vnde in scriptura memorantur putei Abraham, & Isaac) & quandoquidem Abraham Iustus vocatur Esa. 41. v. 2. Quis suscitauit ab Oriente Iustum & Gen. 15. v. 6. Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad Iustitiam; Ideo dicunt:
נקראים כל הגרים על שמו גירי הצדק:
vocari omnes proselytos de nomine ipsius proselytos Iustitiæ.

Quum autem proselyti adiunguntur congregationi Israël; tradunt Hebræi eos accipere animas, ab animabus populi Israëlitici oriundas. Quandoquidem inquiunt, animæ sunt mares & fœminæ Iuxta illud Gen. 1. v. 27. Ad imaginem suam creauit אדם Adam, ad imaginem Dei creauit illum, masculum & fœminam creauit illos. Hic enim per nomen אדם intellige animam, quæ Deo similis est. Quod si de corpore vox אדם intelligeretur; non esset scriptum. Ad similitudinem Dei fecit illum: quum è contra in Zohar sect. בראשית col. 16.

ובאתר דלא אקרי בצלמו הוא הגוף vbi non legitur. *Ad similitudinem suam*: Hoc sit corpus, vt Gen. 2. v. 7. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. Quid ni, inquam, quum animæ matres sint & fœminæ, ab illis oriantur itidem animæ; nobilissima tamen ratione, quemadmodum lumen de lumine oritur.

Superest explicandum quomodo illæ animæ in corpora proselytorum delabantur: Tradunt Iudæi recta parentum intentione animam è loco sancto in filios infundi. R. Mekir Aldabi in libro, *Viæ fidei*:

ואפילו יהיה האדם ההוא מאומות העולם אף על פי כן מחשבתו הטובה תמשיך לנשמת צדיק לנער הילד ממקום קדוש וטהור ולכן כל אותם המתגיירים מאומות העולם נפשם היתה מנפשות ישראל עבור הרוח הקדוש שעברה על לב אביהם בשעת עבירה.

Et Quamuis, inquit, ille homo sit è gentibus mundi, nihilominus tamen intentio eius bona trahet animam Iustam ad puerum iam nascentem è loco sancto, & puro: Ideoque quicumque è populis mundi fiunt proselyti; anima eorum est

ex animabus Iſraël impræ gnatione ſpiritus ſancti, qui ſubit cor patris eorum tempore conceptionis. Ita ſcriptum eſt Ier. 1. v. 5. Priuſquam te formarem in vtero, noui te: vt contra de impiis Pſal. 58. v. 4. Alienati ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero. Tantam eſſe volunt huiuſmodi paternæ intentionis vim, vt inde afferant infantes ad virtutem, vel ad vitium magis procliues naſci; Eo detorquentes illud Pſal. 51. v. 7. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea: quaſi ita ſe excuſaret Dauid: ſi ad libidinem ſim procliuis, hoc pendet ex intentione patris mei, qui quo tempore conceptus ſum, adulterium animo & intentione committebat. Narrant enim Iudæi Ieſe odiſſe vxorem ſuam matrem Dauidis, amore correptum ancillæ, cuius pudicitiam quum tentaret; Id ancilla dominæ ſuæ renunciauit; cuius monitu promiſit ancilla, ſe illum in lecto tali hora expectaturam: lectum ancillæ domina vxor Ieſe occupauit: & cum ipſa rem habuit Ieſe, exiſtimans ſe cum ancilla ſua cu-

bare. Ex eo coïtu aiunt natum esse Dauidem; ideoque dicere. In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. *Si* quis vero iam grandior propria tantum, non parentum intentione velit proselytus fieri: tunc mutatur anima eius in animam ab Israëliticis emanantem: comparat eum R. Israël Infanti recens nato, quia omnes eius animæ facultates innouantur.

Obiectionem proponit Autor libri. *Succus malorum granatorum.* Scriptum est, inquit, in Zohar sect. Abito tibi Gen. 12. v. 1. Creatas esse animas à primo sex dierum creationis, easque Deum postea ostendisse Adamo; Non ergo debemus dicere animas de nouo produci ab aliis animabus.

Huiusmodi dubium sic soluit secundum doctrinam R. Simeonis filii Iochai. Anima, inquit, Adami fuit communis sexaginta myriadibus animarum nullo tamen sui dispendio, vnde peccati Adami omnes etiam illæ animæ participes fuerũt (ita Seth sexaginta etiam myriades complexus est iuxta illud Gen. 5. v. 3.

Genuit Adam ad imaginem & similitudinem suam, vocauitque nomen eius Seth. Moses item pro vniuerso Israële reputabatur, cuius anima in omnium Israëlitarum animas erat diffusa: Erat autem eorum multitudo sexaginta myriadum; Quomodo scriptum est, Num. 11. v. 21. sexcenta millia peditum huius populi sunt, & v. 12. Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi. Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua iurasti patribus eorum) Probabile itaque videtur Deum ostendisse tantum Adamo animas earum sexaginta myriadum, in quas anima eius erat diffusa. Aliæ vero animæ:

יהיו נאצלים ונבראים מחדש יום יום על יד זיווג הנז״

Id est: Emanant & creantur de nouo singulis diebus eo coniugio, quo diximus.



AD CAPVT VIGESIMVM secundum.

Partem sanctam, quæ data erat illis, proiiciunt.

רוח הקדושה, מסתלקת ממנו והטומאה נמשכת עליו:



D est: Spiritus sanctus aufertur ab ea anima; & immundus inuadit illam. Vide quæ diximus ad caput quintum col. 29.

AD



AD CAPVT VIGESIMVM tertium.

Siue alimenta spectes.

ITa Plotinus Enn. 3. lib. 1. cap. 1. καὶ τοῦ τέκνου ὁ πατήρ: καὶ εἴτι συνεργὸν ἔξωθεν εἰς παιδοποιίαν ἄλλο πρὸς ἄλλου ἥκον: οἷον σιτία τοιάδε; ἢ καὶ ὀλίγῳ προσώτερα εὐροῦσα εἰς παιδοποιίας ἢ γυνὴ ἐπιτήδειος εἰς τόκους, καὶ ὅλως εἰς φύσιν. Id est similiter pater est filii causa, & si quid præterea conducit extrinsecus ad liberos procreandos, dum videlicet aliud procedit ab alio, velut tales quidam cibi; vel aliquanto priora ad generandos filios conuenientia, seu fœmina ad fœtum, partumque aptior: & omnino referimus ad naturam.



AD CAPVT VIGESIMVM quintum.

Mundum diuisum in tres.



Æc fuit Platonicorũ Exoticorum opinio ſecundum Proclum in Timæum. Τί οὖν φαίης ἂν ἐκ τῶν τῆς ὑπερορίου θεοσοφίας ὡρμημένων, καὶ τὰ πάντα διαιρουμένων εἰς ἐμπύριον, αἰθέριον, καὶ ὑλαῖον. καὶ μόνον τὸ ἐμφανὲς ὑλαῖον καλούντων: τὰ δὲ ὑπὲρ τὸν κόσμον, στερεώματα. Id eſt. Quid autem quis dicat ex iis qui peregrina theologia imbuti ſunt, & cuncta diuidunt in Empyreum, Æthereum, & in Hylæum, ſiue materialem: & ſolum quod cernitur hylæum mundum, ſiue materialem vocant: ea vero quæ ſupra mundum ſunt, firmamenta. Mundum æthereum ſubdiuidunt in 3.

materialem etiam in 3. ita vt cum Empyreo sic numerentur septem mundi. ἑπλὰ δέ φασι κόσμους σωματικοὺς, inquit Psellus, ἐμπύρειον ἕνα, καὶ πρῶτον: καὶ τρεῖς μετ' αὐτὸν αἰθερίους: ἔπειτα τρεῖς ὑλαίους. καὶ τὸν μὲν πρῶτον ἀφορίζουσι κατὰ τὸν νοῦν: τοὺς δὲ αἰθερίους κατὰ τὴν ψυχήν: τοὺς δὲ ὑλαίους κατὰ τὴν φύσιν. Id est: Septem vero dicunt mundos corporeos: Empyreum vnum & primum: post eum tres æthereos: deinde tres materiales: & primum quidem definiunt secundum mentem; æthereos vero secundum animam: materiales autem secundum naturam. His præponunt supramundanum lumen teste Proclo ad hæc verba oraculi.

Α'ρδὴν ἐμψυχοῦσα φάος, πῦρ, αἰθέρα, κόσμους.

Abunde animans lucem (nempe princeps essentia) Ignem,
Æthera, mundos.

τοῦτο γάρ φησιν εἶναι τὸ φῶς, τὸ ὑπὲρ τὸ ἐμπύρειον, μόνας ὂν πρὸ τριάδος, τῆς τοῦ ἐμπυρίου, καὶ αἰθερίου, καὶ ὑλαίου. Hoc enim, ait esse lumen, quod supra empyreum est, vnitas ante trinitatem Empyrei,

Ætherei, & Materialis, quorum & centrum est. Δοκεῖ δὲ καὶ τὰ κέντρα τοῦ κόσμου παντὸς, ὡς ἑνὸς, ἐν τούτῳ πεπηγέναι: εἰ γὰρ τὰ λόγια τὰ κέντρα τοῦ ὑλαίου κόσμου ὑπὲρ αὐτὸν ἐν αἰθέρι πέπηγεν; κατὰ τὸ ἀνάλογον ἀναβαίνοντες, τοῦ ἀκροτάτου τῶν κόσμων ἐν τῷ φωτὶ τούτῳ τὰ κέντρα φήσομεν ἱδρῦσθαι. Id est: Videntur autem & centra mundi totius, tamquam vnius, in hoc esse fixa: nam si oracula mundi materialis centra, in eo qui supra eum est, æthere infixere, proportione ascendendo, supremi mundorum centra in hoc lumine dicemus esse stabilita. Mundus Empyreus est, quem dixit Autor noster mundum Angelorum; Æthereus, quem cœlestem vocat. Hylæus, quem inferiorem, & materialem etiam nuncupauit. Lumen illud supra mundanum respondet mundo diuino.

Anima diuina.

QVatuor modis entia diuina dicuntur apud Proclũ in Platonis Theologiam καθ' ἕνωσιν, κατὰ μέθεξιν, κατὰ συναφὴν, καθ' ὁμοίωσιν. Per vnionem, per communionem, per contactum seu coniunctionem, & per similitudinem. Intellectualia per vnionem diuina esse docent Platonici, quia proxime simplici vnitati, Deo scilicet, adiunguntur: per communionem vero animæ eæ diuinæ dicuntur, quas simpliciter vocant diuinas, quæ arctiori cognationis vinculo, quam aliæ animæ, cum vno coniunguntur, nempe per essentiam mentis participes factæ. Per contactum Dæmonicæ animæ censentur diuinæ, quia per actionem mentem suscipiunt: Eas deorum semper sectatrices vocant, quibus tribuunt opinionem rectam. Denique per similitudinem animæ humanæ dicuntur diuinæ, quatenus ad Deum, vt ad sui principium reducuntur: namque δι'

ὁμοιότητος αἱ πρὸς τὰς ἀρχὰς ἐπιστροφαὶ πάντων, per ſimilitudinem omnium reuerſiones ad ſua principia fiunt; quæ quia mentem perfectam non ſuſcipiunt; eas deorum aliquando tantum ſectatrices nuncupant, eiſque tribuunt opinionem ancipitem.

Enimvero non me latet huiuſmodi triadem reuerſionis; actionis, ſiue vitæ; & eſſentiæ, tribui etiam animæ humanæ ſecundum diuerſos ſtatus, ſub patribus qui principales dicuntur. Hi ſunt, Iuppiter optimus maximus, Iuppiter Marinus ceu Neptunus, Iuppiter ſubterraneus, ceu Pluto. Animæ, quæ nondum progreſſæ ſunt in generationem, ſed in mentali manent, ſunt ſub Ioue, qui eſt fœcundæ ſubſtantiæ autor. Animas vero, quæ viuunt in ipſa generatione, ſub Neptuno collocant, autore vitæ ſiue motionis, & generationis in omne rerum genus progredientis. Animas vero, quæ poſt generationem rurſus ad ſuum principium reuertuntur, ſub Plutone ſtatuunt, quem autorem eſſe volunt reuerſionis ad vnum, & perfectionis conuoluentis & redu-

centis omnia ad ſua principia.

Non ſunt priuati omnimoda electione.

VIrtus enim, inquit Plato decimo de Repub., eſt libera, ſeruire neſcia, quam provt quis vel colet, vel negliget, ita plus, minuſue ex ea poſſidebit. Culpa omnis eſt penes eligentem: Deus eſt extra omnem culpam. Enimvero, ait Plotinus Enn. 3. lib. 2. cap. 9. Non oportet ita prouidentiam eſſe, vt omnino nos nihil ſimus. Si prouidentia ipſa ſit omnia, ipſaque ſola; non erit amplius prouidentia. Quamobrem recte Plato in Protagora docet Deum omnibus hominibus diſtribuiſſe pudorem & iuſtitiam. Elegantem affert fabulam. Iuppiter, inquit, dum generi noſtro metueret, ne penitus interiret, Mercurium mittit, qui pudorem, & Iuſtitiam ad homines adduceret; quæ nimirum eſſent ciuitatum ornamenta & vincula, ſanctæque inter ciues amicitiæ auſpices, & con-

ciliatrices. Iouem autem interrogauit Mercurius, Ecquo modo pudorem, iustitiamque hominibus daret: & vtrumne, ait, quemadmodum cæteræ artes sunt distributæ, ita & his distribuam? Ita vero illæ artes sunt distributæ, vt vnus quidem medicinæ peritia præditus, multis imperitis hominibus satis esse possit. Eodemque alii artifices modo. Ita ne ego, Pater, pudorem atque iustitiam inter homines ponam, an omnibus vniuersim distribuam. Omnibus, inquit Iuppiter; Omnes illarum participes sunto: alioqui ciuitates minime existerent, si pauci ipsarum, vt cæterarum artium essent participes.





AD CAPVT VIGESIMVM sextum.

Angeli qui omnimodam electionem non habent.



Pprehendunt Angeli operationes suas, inquit Maimonides in More Neuochim parte 2. cap. 7. & eligendi, regendique facultatem habent: verum non eam libertatem, & gubernationem, quam nos, quæ tota est in rebus creatis. Lex diuina hoc nos docet: Ideo enim dixit Angelus ad Lothum Gen. 19. v. 22. Non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc.



AD CAPVT VIGESIMVM septimum.

Raf Chaſda vixit 40. annos.



QVemadmodum de Amphiarao dixit Homerus:

τὸν περὶ κῆρι φίλει Ζεύς τ' αἰγίοχος καὶ Ἀπόλλων
παντοίῃ φιλότητ' οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδόν.

Iuppiter hunc totis animis, hunc Phœbus amabat:
Ille tamen iuſti metas non attigit æui.





AD CAPVT VIGESIMVM octauum.

Qui est in orbe terrarum, sicut causa superior in superioribus.



Ide ea quæ diximus ad caput primum pag. 212.





AD CAPVT VIGESIMVM nonum.

Aliquando Luna stat in iudicio &c.



Abula est apud Hebræos, qua dicunt solem & Lunam in principio creationis splendore pares extitisse, & simul orbi illuxisse: inde primo per Mosem scriptum esse Gen. 2. v. 16. *Et fecit Deus luminaria magna duo*: postea narrant Lunam fuisse adductam in iudicium, quod diceret non esse bonum duos reges simul esse sub vna corona. Ideoque tunc iubente Deo eam fuisse à sole disiunctam: quamobrem postea scriptum esse aiunt. *Luminare maius in dominium diei, & luminare minus ad dominium noctis.* Huiusce fabulæ

explicationem ſic legimus in libro. *Succus malorum granatorum.*

Per lunam intelligunt Cabaliſtæ numerationem Regni, cui tribuunt terminum iudicii; per ſolem vero numerationem Decoris, cui tribuunt terminum miſericordiæ. Dicunt in principio, miſericordiæ, & Iudicii terminos fuiſſe coniunctos. Quum vero peccauit Adam, tunc terminum Iudicii, à termino miſericordiæ fuiſſe diſiunctum. Ita dicitur Luna ſtare in iudicio.

Muneris eius eſt animas demittere.

SImile quid refert ſextus Empiricus lib. 8. commentariorum aduerſus Mathematicos. ἔκσκηνοι γοῦν ἡλίου γινόμεναι, τὸν ὑπὸ Σελήνην, οἰκοῦσι τόπον: ἐνθάδε τε διὰ τὴν εἰλικρίνειαν τοῦ ἀέρος πλείονα πρὸς διαμονὴν λαμβάνουσι χρόνον. Quum itaque animæ fuerint extra ſolis tabernaculum, habitant locum, qui eſt ſub Luna: & hinc propter puritatem aëris ac-

cipiunt maius tempus ad permanendum.

Secundum Cabaliſtas Luna ſumitur pro numeratione Regni; vt dictum eſt. Hæc autem numeratio dicitur terra viuentium, congregatio Iſraël, complectens omnes animas fidelium; quæ animæ ſi in mundum demittantur per hanc numerationem ſeorſim; quum illa ſit terminus Iudicii, ipſæ etiam in hoc mundo iudicii effectum ſentient, multa incommoda patientes. Si vero illa numeratione miſericordiæ gradui iuncta deſcendant in corpus; tunc illæ animæ omni bonorum genere beabuntur.

Solis precibus decreta iudiciorum irrita facientibus.

APud Plotinum Enn. 4. lib. 4. cap. 30. καὶ εὐχῶν δὴ κλύοντας ἔφαμεν, ἃς πρὸς ἥλιον ποιούμεθα: καὶ δὴ καὶ πρὸς ἄστρα ἄλλοι τινὲς ἄνθρωποι, καὶ πεπίστευται, ὡς δι' αὐτῶν αὐτοῖς πολλὰ καὶ τελεῖται. Id eſt: præterea preces exaudire conceſſimus, quas

ad ſolem dirigimus: Alii vero quidam ad alias quoque ſtellas. Credunt enim multa precibus ſe ab illis impetraturos.

Myſterium eſt ſeptem graduum &c.

IN Zohar ſect. In principio col. 60. Septem Sephirot tribuuntur vitæ hominis, qui ad ſimilitudinem Dei factus eſt. (Hi ſunt ſeptem gradus, quibus completum eſt opus creationis) Primus eſt gradus miſericordiæ; ſecundus potentiæ: tertius Decoris: quartus Victoriæ: quintus Maieſtatis; ſextus fundamenti: ſeptimus Regni, ſiue Iuſtitiæ, finis dierum. Homo incipit viuere gradu miſericordiæ; complentur dies eius gradu Iuſtitiæ, qui vocatur finis dierum. Tribuuntur cuilibet gradui decem anni. Itaque quum ſint ſeptem gradus, poteſt viuere homo ſeptuaginta annos. Hoc eſt quod dicitur Pſal. 89. v. 10. *Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.* Sequitur.

In potentia octoginta anni. Id eſt: Si ita placuerit ſuperiori influentiæ, ſcilicet Deo, qui dominus eſt omnium, à quo omnia pendent.

Filij, vita, & victus non ex debito &c.

IN his tribus conſtituitur fœlicitas hominis, & hæc tria à Deo petere ſolent homines. Quoad filios exemplum habemus 1. Sam. cap. 1. v. 14. Quum eſſet Anna amaro animo orauit ad dominum flens largiter, & votum vouit dicens, Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus fueris mei, nec oblitus ancillæ tuæ, dederiſque ſeruæ tuæ ſexum virilem &c. Quoad vitam nota eſt hiſtoria regis Ezechiæ 2. Reg. cap. 20. v. 5. & 6. Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas: & ecce ſanaui te: die tertio aſcendes templum domini, & addam diebus tuis quindecim annos. Quoad victum Pſal. 55. v. 23. Iacta ſuper dominum curam tuam,

& ipſe


& ipse te enutriet. Hæc autem tria, filii, vita, & victus iuxta sententiam autoris nostri ex Zohar, & secundum R. Iose, vt legimus in libro. *Pomũ & flos* non dantur hominibus בזכותא id est ex debito, & virtute constellationis influentis. Alii exponunt לא בזכותא non ex debito; quod eam fœlicitatem non assequantur homines secundum viam Iudicii; sed misericordiæ & beneplaciti Dei.

Et æther pluat צדק

SIue זכות id est quod est debitum.

A Lucerna sancta.

INtellige R. Simeonem filium Iucai in Zohar sect. אחרי מות col. 108.



AD CAPVT TRIGESIMVM.

Est enim mundus minor.



Ecte, inquit R. Mekit Aldabi in libro: *Viæ fidei*, vocatur homo microcoſmus. Integrum enim hominis corpus ſphæram repræſentat: caput puncto meridionali reſpondet; vnde dicitur דרום quaſi דר רום quod ſurſum exiſtat: pedes puncto oppoſito meridiei; id eſt puncto ſeptemtrionali; vnde צפון dicitur, quod ſub pedibus lateat. Dextera deſignat Orientem, quia ממנו התחלה התנועה hinc eſt principium motus. Siniſtra Occidentem, quia motus dexteræ eſt ad ſiniſtram, vt motus Orientis ad Occidentem. Anterior pars refert hemiſphærium, quia terminat motum apparentem. Poſterior denique

pars repræsentat terram. Comparat deinde influxum superiorum sphærarum in inferiorem mundum, cum influxu animæ hominis in potentias suas. Vide semitam quartam pag. 42. Maimonides in more Neuochim parte 1. cap. 70. Ideo dicit hominem vocari microcosmum; quia in homine anima facultate rationali reliquum totum mouet, & viuificat: quemadmodum Deus per hanc in primis rationem totum vniuersum regit; cuius ideo vita nuncupatur Dan. 12. v. 7. & iurauit per vitam mundi. Homo, inquiunt Platonici, totus est mundus: per intellectum quidem refert proportione aliqua firmamentum: per rationem speculatiuã, Saturnum: per practicam, Iouem: per vtriusque expressionem, Mercurium: per sensum, imaginationemque, solem: per Irascibilem, Martem: per concupiscibilem, Venerem: per vegetalem, Lunam: per vehiculum, cœlum: per corpus tractabile, regionem elementalem.

Et in aliud corpus transmutare.

EXistimant Iudæi animas corpora mutare, siue è corporibus in corpora reuolui: μετεμψύχωσιν vocāt Pythagoræi; Cuius duas constituit species R. Iechiel in libro. *Templum Domini.* Earum alteram vocat גלגול reuolutionem: aliam עיבור id est impraegnationem.

גלגול Reuolutionem definit, qua quis חוזר ושב אל ימי הנעורים redit, & reuertitur ad dies infantiæ, vt ea, quibus in gehenna satisfacere non posset, iterum nascendo perfecte absoluat.

1. Si aliquod mandatum necessarium non rite seruarit, vel omnino prætermiserit, illum renasci volunt, vt illud, vel simile impleat; quam agendi virtutem in gehenna assequi non posset. Tunc reddit illi Deus illa opera bona, quæ in priori periodo fecerat, in qua fuerant illi inutilia propter peccata commissa:

ישלים לבושו במצות שפעל בגוף הראשון וכדין ילבש אותם ויבין רשע וצדיק ילבש.

Id eſt: Perficiet veſtem ſuam in præceptis, quæ fecit in priori corpore: tuncque induet illa, quomodo ſcriptum eſt Iob 27. v. 17 præparauit impius, Iuſtus induitur illis.

2. Quum omnes animæ creatæ ſint mares, & fœminæ; ſi alterutra, ſiue mas, ſiue fœmina impia extiterit, vel ſine liberis è corpore migrauerit; ideo reuolutionem neceſſariam dicunt, vt per huiuſmodi periodos animæ ſimul piæ, mas & fœmina, itemque fœcundæ exiſtant.

3. Vt ita originalis peccati labes diluatur.

Is autem ordo ſeruatur, vt habita meriti animarum ratione, è parentibus iuſtis, vel iniuſtis renaſcantur vſque ad tertiam reuolutionem, iuxta illud Iob, 33. v. 29. Ecce hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per ſingulos: Aliquando per mille annos iuxta illud Pſal. 104. v. 8. Quod mandauit in mille generationes. Reuoluuntur vero non ſolum in corpora

eiuſdem ſexus; ſed etiam mares v. g. corpora fœminarum ſortiuntur; ita tamen, vt huius mutationis ſexus ſenſum, cognitionemque non habeant: Immo & in corpora animalium migrare cenſent ſecundum id quod vnuſquiſque peccauit. v. g. inquit Elias leuita in Thiſbi: Qui rem habuit cum maſculo, anima eius migrat in leporem, quod is ſcilicet in coitu modo marem, modo fœmellam agit: Qui vero rem habet cum alterius vxore, anima eius migrat in Gamelum. Hinc eſt, inquiunt, quod dicit Dauid Pſal. 13. Cantabo Domino כי גמל עלי id eſt Cantabo Domino & confitebor illi, quod abſtulit peccatum meum, & liberauit animam meam de Gamelo.

Apud Platonem in Timæo Ille qui recte, & honeſte curriculum viuendi à natura datum confecerit, ad illud aſtrum quocum aptus fuerit, reuertetur, ibique vitam beatam viuet. Qui autem ab honeſta, & temperanti vita declinarit, eum ſecundus ortus in muliebrem figuram transferet. Vterque autem millenario anno ad ſortitionem accedit, & vitæ

secundæ electionem: tum vnusquisque quam voluerit vitam eligit; atque ita in feræ animantis vitam humanus animus aliquando venit: & si ne tum quidem vitiorum finem faciet, grauius etiam iactabitur, & in suis moribus simillimas figuras pecudum, & ferarum transferetur. Hoc vero Herus Armenius lib. 10. de Repub. aiebat dignum consideratione esse spectaculum, quomodo singulæ animæ singulas viuendi rationes eligerent. Illud enim & miserabile esse, & ridiculum, & mirum spectaculum, vti ex prioris vitæ consuetudine noua viuendi genera eligerent. Se enim Orphei animam aiebat vidisse Cygni vitam in odium muliebris generis eligentem (quum nollet scilicet ex mulieribus, à quibus interfectus fuerat, rursum nasci) Thamyris vero philomelæ; quamdam etiam animam, quum oblatæ ei fuissent sortes, Leonis vitam elegisse; hanc vero Aiacis Telamonii fuisse dicebat, quæ auersaretur hominis naturam suscipere, ex memoria iudicii illius, quo arma sunt ipsi iniuste prærepta. Postea Agamemnonis

animam propter varias ærumnas, quas, dum viueret, perpessus fuisset, vitam aquilæ asciuisse: Atalantes autem animam, cui media quædam sors obtigerat, quum vidisset quantis honoribus athletæ soleant honestari, non potuisse se continere, quin vitam athletæ eligeret. Post hanc vero vidisse Epei Panopeënsis animam, quæ in mulieris industriæ naturam migrauerit: longe inter vltimos, histrionis ridicularijque Thersitis animam induisse Simiam. Vlyssis autem animam casu quodam obtigisse vltimam; idcirco & vltimam ad sortitionem venisse aiebat, præteritorum vero laborum recordatione ita ab ambitione abhorruisse, vt diu vltro citroque oberrans quæreret priuati hominis vitam, qui nullis negotiis occuparetur; Eam vero vix, ac ne vix quidem inuenisse alicubi iacentem, & ab aliis neglectam: quam quum conspexisset, dixisse, non se aliud vitæ genus electurum, etiamsi sortis prærogatiua sibi fuisset tributa; ac proinde se eam vitam lubentissime eligere. Ex feris item aliis in homines transire animas asserebat, &

bat, & viciſſim commutari, iuſtas quidem in cicuras: iniuſtas autem in immanes & agreſtes. Neque verò impius malorum huiuſmodi finem aſpiciet, vt legimus in Timæo, donec eiuſdem atque vnius ſibi innatæ, atque inſitæ conuerſionis ductu, & auſpiciis, cui ſe regendum tradat, contractam, inoletamque labem ex igne, aqua, aëre, & terra (corporis nimirum mole ex craſſa elementorum illorum maſſa conſtante) turbulentam, & rationis expertem, rationis imperio depulerit, ac proinde ad primum, optimumque animi ſtatum peruenerit.

At verò quamuis animæ per plura corpora ſint reuolutæ; die tamen reſurrectionis prius tantum corpus reſument, niſi illud nimis fuerit contaminatum; ſic enim peribit damnatum ruinæ, & integræ deſtructioni iuxta illud: Daniel. 12. v. 2. Multi è dormientibus terræ pulueris euigilabunt; Ergo, inquit R. Iechiel, non omnes cum ſuis omnibus corporibus reſurgent; ſed loco eorum corporum, quæ ſuis vitiis perierunt, aliud cor-

pus quod in aliqua periodo integrum & purum habuere, reſument, quomodo ſcriptum eſt Leu. 14. v. 42. Iubebit luto alio liniri domum.

עיבור id eſt: Impragnatio eſt, quando anima animæ adiungitur, quemadmodum fœtus vtero prægnantis matris adhæret vnde & impręgnatio dicitur:

בהגיע אדם במעשיו במדרגת מן המדרגות יראת
לפני קונה לתת בו עוד כח שני כעובר במעי אמו
שהיא מעוברת ויש לו שם מקום הגוף ההוא כן יש
מקום בנפש המגולגלת או הנפש העיקרית לקבל
הנפש היקרה ההיא כמו תוספת נפש יהית בשבת:

Id eſt. Quum operibus ſuis homo è gradibus gradum conſcendit, placet Deo creatori dare illi adhuc virtutem ſecundam ad inſtar fœtus in vtero matris ſuæ, quo eſt grauida: quemadmodum corpus illud ibi locum habet; ſic eſt locus in anima quæ reuoluitur; vel in anima radicali, ad ſuſcipiendam animam glorioſam illam; quomodo fit additio animæ in ſabbato. Cuius hoc eſt proprium, vt:

בבוא האדם לידי עון תסתלק ממנו ותנכיתהו
בהיותו זוכה ידבק בו ויתתקן על ידי מעשיו השובים

Quum incidit homo in peccatum, auſe-

ratur ab eo, vt arguat illum: quum verò iustus est, adhæreat illi, & dirigatur operibus eius bonis.

Sic quando Neschamah in hominem dispositum delabitur, & potentiis Irascibili, & Concupiscibili, sensitiuæ, & vegetatiuæ adiungitur, dicitur עיבור Impraegnatio.

Tum etiam quando anima alicuius Iusti infunditur animæ viuentium, veluti lumen è lumine prodiens, vt instruat, & dirigat sæculum: quomodo Num. 11. v. 25. Auferens de spiritu, qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris; vt & anima Mosis complectebatur animam Seth & Abelis: per Notaricon enim משה est משח שת. הבל Moses, Seth, & Abel. Ita etiam anima Adami addita fuit, & quasi ingenita animabus Abraham, Isaac, & Iacob: נתעבר אדם הראשון באברהם יצחק ויעקב: יוכחו שקירבתם בעולם הזה במקומם בעולם הבא שוה יחד בהיכל אחד כמו המבואר בזהר בעולם הזה במערה.

Id est: Ingenita est, siue per huiusmodi reuolutionis speciem, quæ Impraegnatio vocatur, infusa est anima primi hominis

Abrahamo, Isaac, & Iacob; argumento est approximationem ipsorum in hoc mundo, itidemque in alio parem esse, in palatio vno; quemadmodum, vt expositum est in Zohar, in hoc mundo simul in spelunca duplici sociati sunt illi patriarchæ. In Thisbi legimus etiam animam primi hominis transiisse in Dauidem, & inde reuersuram ad Messiam: idque significari volunt per litteras, quæ sunt in voce אדם Adam, quarum vnaquæque integram dictionem constituit. א. אדם Adam. ד. דוד Dauid: ם משיח Messiam. Hac ratione reuolutionem esse effectum misericordiæ dicunt Iudæi: vnde per gematriam גלגל est חסד: exurgit enim vtrimque idem numerus 72. Plotinus Enn. 3. lib. 2. cap. 15. Verum, inquit, si mori est permutare corpus, non aliter quam permutare vestem in Scena; aut si mors est corpus omnino deponere, quemadmodum in comœdia exitus è ludo tunc postremus; quo tamen quis in posterum quandoque sit rediturus: Quidnam mali secum affert eiusmodi animalium inuicem commutatio, quæ pro-

fecto multo melior est, quam si vel nata ab initio non fuissent.

Quia filii eius suscepturi erant ex Abrahamo ה quinque libros legis.

SIue quia promissa legis facta sunt primo Abrahamo; siue quia, quum tradidit illi Deus præceptum circumcisionis, perinde fuit, atque si tradidisset illi totam legem, vt supra retulimus ex Zohar.

Aliquando Luna &c.

EGregie Plotinus Enn. 2. lib. 3. cap. 5. Quod vero, inquit, aiunt lunam lumine plenam, Saturno congredientem fieri bonam, vacuam vero lumine, malam; si modo tale quiddam concedendum sit, contradicendum. Cum enim versum nos plena est, tunc illi super eam incedenti vacua est, altero videlicet se-

micirculo. Cum vero erga nos minuitur, illinc impletur: Quapropter contraria oportuit facere diminutam, tunc videlicet cum lumine eum qui supra incedit aspicientem. Præterea, inquit lib. 1. cap. cap. 2. Enn. 3. Quid in causa est, vt iisdem prouenientibus velut apparente Luna, alter quidem rapuerit, alter vero minime? atque similibus venientibus à continente cœlo, vel aëre, alter quidem ægrotet, alter vero nequaquam: quin etiam ex iisdem operibus hic diues euadat, at ille pauper. Non ergo Lunæ aspectus, vel alterius astri causæ sunt eorum, quæ hominibus contingunt; sed, vt ait Enn. 2. lib. 3. cap. 14. Si quidem quis proiecerit diuitias, ipsemet causa est: si subripiantur, raptor causa est: si naufragio facta est iactura, multa quæ confluunt, causam damni dederunt. Gloria vero vel iuste habetur, vel iniuste: si iuste; tum officiis, tum existimantium æquitate comparata est. Si iniuste; ex honorantium iniustitia proficiscitur.


Induitur recens natus eo habitu qui conuenit tempori.

QVamobrem, vt recte docet Plato, vbi primum infans incipit intelligere, ea quæ dicuntur; & nutrix, & mater, & pædagogus, & ipse pater in hac re certatim elaborant, vt puer in singulis & actionibus, & verbis optimus euadat: illud nimirum docentes, & exemplorum commonstratione inculcantes, illud iustum esse, hoc iniustum: hoc pulchrum, illud turpe: illud pium, hoc impium: quid agendum, quid non. Quod si volens paruerit puer, præclare rem agi putant: sin minus, quemadmodum peruersum incuruumque lignum minis & plagis dirigunt. ὁ νῦν δὴ λόγος ἡμῖν ὁμολογηθεὶς μενέτω, ὡς οἵ γε ὀρθῶς πεπαιδευμένοι, σχεδὸν ἀγαθοὶ γίγνονται. De re igitur ipsa communibus sententiis inter nos ita constet, eos qui recte fuerint disciplina exculti, fere bonos viros euadere.



AD CAPVT TRIGESIMVM primum.

Hoc esse iudicium cœleste.



ITa apud Proclum in Theologiam Platonis lib. 5. cap. 26. Τὴν ἀληθεστάτην, καὶ ἀείστην ἰσότητα οὐκ ἔστι ῥάδιον παντὶ διιδεῖν. Διὸς γὰρ δὴ κρίσις ἐστί. Verissimam, & præstantissimam æqualitatem non etiam cuiuis est facile dispicere. Iouis enim iudicium est. Ita tamen, vt nullomodo Deus mali autor existimandus sit. Non igitur siue Homeri, siue alterius cuiuspiam Poëtæ crassus ille error admittendus est, qui in explicanda deorum natura tanta dementia abripitur, vt plane dissentanea iis attribuat: vt quum nimirum ait Iliad. ω

Δοιοὶ

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
Κηρῶν ἔμπλειοι· ὁ μὲν ἐσθλῶν, αὐτὰρ ὁ, δειλῶν.

Esse duo dolia in Iouis alto limine plena
Fatorum, ast vnumque bonorum, vnumque malorum.

Quumque ex his Iuppiter varie commixtis ex vtroque in homines effuderit.

ἄλλοτε μέντε κακῷ ὅγε κύρεται, ἄλλοτε δ᾽ ἐσθλῷ.

Nunc mala contingunt, bona nunc mortalibus ægris.

Cui vero mortalium ex vtroque simul minime miscuerit, sed pura ex malis tantum dederit.

Hunc fames insano temeraria concitat œstro.

Iurisiurandi autem, & fœderum conturbationem, quam commiscuit Pandarus, si quis per Iouem, & Mineruam factam esse dicat, minime laudabimus: neque deorum contentionem & Iudicium per Iouem, & Themidem; neque quod ait Æschylus permittendum est, vt iuuenes audiant.

——θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς
ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ.

——*Deus mortalibus causam serit,*
Dum vult domum radicitus conuellere.

Sed, si quis huiusmodi versus componat, in quibus funestæ Niobes calamitates, vel Pelopidarum inducantur, aut res Troianæ, aut aliæ quæpiam res huiusmodi: vel minime sinendum est ea Deo attribui; vel certe, si Dei esse dicantur; λεκτέον, ait Plato 2. de Repub. ὡς ὁ μὲν θεὸς δίκαιά τε καὶ ἀγαθὰ εἰργάζετο, οἱ δὲ ὠνίναντο κολαζόμενοι. Id est; Dicendum est, Deum bene & iuste egisse, atque eas illis pœnas inflixisse, vt ex iis aliquam vtilitatem reportarent. Dii, (inquit Iamblichus de mysteriis Ægyptiorum cap. Inuocationes & imperia hominum aduersus spiritus:) non partem quamdam huius vitæ tantum, sed totam, & vniuersam ab æuo in æuum conspiciunt animæ vitam: atque ita pro meritis in antecedente vita contractis, sæpe puniunt in sequenti, siue rogati punire, siue non rogati. Interea nos qui nihil videmus vltra præsens, opinamur aduersa non-

nunquam nobis contingere præter meritum; dum tamen sæpe in hac vita patimur, quæ in alia iam intulimus: & quæ nunc facimus, aliquando patiemur. Præterea multa nos latent peccata hominum, quæ Deos minime latent. Item nos Iustitiam definimus, vt suum quisque officium faciat secundum præsentes patriæ leges; Dii vero definiunt eam latius admodum spectantes, videlicet ad totum ordinem vniuersi. Quamobrem, inquit Plotinus Enn. 2. lib. 9. cap. 9. Quicumque inter homines Deo sunt amici, quæ à mundo contingunt æquo animo tolerantes, quidquid ex ipso omnium motu necessario prouenit, recte ferunt; neque id quidem iniuria: non enim ad suum cuiusque votum, sed ad totum ipsum spectare decet.

Tentationis ergo.

IN Zohar sect. *Generationes Isaac.* Genes. 25. v. 19. col. 329. ad versum Psalmi 11. v. 5. *Deus iustum probat.* Quam recta sunt opera Dei, facit enim omnia in iudicio, & veritate, quomodo scriptum est. Deut. 32. v. 4. Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia. Vide non iudicauit Deus primum hominem, antequam præcepisset illi quod erat vtile, ne diuerteret cor suum, & voluntatem suam ad viam aliam, ne contaminaretur. Ille autem non cauit, transgressus est mandata domini sui. Postea iudicauit illum Deus: non tamen, vt exigebat peccatum eius; sed distulit illi iram suam. Stetit per diem vnum, id est per mille annos, exceptis iis septuaginta, quos dedit Deus Dauidi Regi, qui non erant omnino ipsius proprii. Sic non iudicat semper Deus hominem secundum ipsius opera mala, quæ continuo facit. Sic enim non posset stare mundus,

nisi Deus benedictus prolongaret iram suam cum iustis, & cum impiis, vt conuertantur pœnitentia perfecta ad standum in hoc, & futuro mundo, quomodo scriptum est Ezech. 33. v. 11. Dic ad eos. Viuo ego dicit Dominus Deus, nolo mortem impii, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat. *Et viuat*: in hoc mundo, *& viuat*: in futuro. Ideoque differt hominibus iram suam Deus: aut, vt exeat ab illis surculus bonus in mundum; quemadmodum eduxit Abraham ex Terach; fuit ille surculus bonus, radix, & pars bona in mundo. Enimvero perscrutatur Deus omnia opera Iustorum, quia scit illos non declinaturos neque dextrorsum, neque sinistrorsum. Itaque probat illos non propter se (nouit enim principium, & vim fidei eorum) sed vt filiorum suorum caput exaltet; quemadmodum se gessit erga Abrahamum, vt scriptum est. Gen. 22. v. 1. *Deus* נסה Abrahamum. Quid est נסה? Ex significatione qua sumitur Esa. 62. v. 10. Eleuate נס signum. Id est, Erexit Deus vexillum Abrahami per vniuer-

ſum mundum:

אוף הכי קבה׳ בנין לארמא דגלא דצדיקייא איהו בחין לון לארמא רישיהו בכל עלמא.

Sic etiam Deus benedictus, vt erigat vexillum Iuſtorum, probat illos, vt eleuet caput eorum per totum mundum.



AD CAPVT TRIGESIMVM ſecundum.

Qualis euadet iſte puer? an erit fortis &c.



IN libro. *Pomum & flos.*

אבל צדיק או רשע לא קאמר דאמר ר׳ חנינה. הכל בידי שמים חוץ מיראת שמים שנאמר ועתה ישראל מה יהוה שואל מעמך כיאם ליראה.

Id eſt: Verum non petit ſeila, an iuſtus, vel impius futurus ſit puer; quia, vt inquit R. Chanina, omnia ſunt in poteſtate cœli, præter timorem cœlorum, id eſt

Dei. Scriptum est enim, Deut. 10. v. 12. Et nunc Israël quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum.

Angelum præpositum partui esse constellationem natiuitatis.

MAimonides verò in More Neuochim parte 2. cap. 6. virtutes omnes & facultates omnes, quas præfecit Deus alicui rei, vocat Angelos: vt facultatem formatricem inditam semini, quæ format, ac facit dispositionem membrorum.



AD CAPVT TRIGESIMVM tertium.

Nec inuenit nisi in afflictione.



Deo, inquit R. Iuchanan, comparātur Israëlitæ oliuis, quæ oleum suum nisi compressæ non emittunt; vt neque Israëlitæ bonum producunt, nisi afflicti. Tria præcipua dona dedit Deus benedictus Israëlitis, ait R. Simeon filius Iuchai; sed non sine afflictione: legem: terram Israël: & futurum sæculum. Quoad legem scriptum est Psal. 94. v. 12. Beatus vir quem castigaueris Domine. Quoad terram Israël scriptum est Deut. 8. v. 6. & 7. Sicut castigat homo filium suum, sic Dominus Deus tuus castigauit te, vt custodias mandata Domini Dei tui, & ambules in viis eius,

eius, & timeas eum: Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam &c: De futuro sæculo legimus Prou. 6. v. 23. Mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ caſtigatio diſciplinæ. Hanc rationem affert R. Simeon in Zohar ſect. *Generationes Iſaac.* col. 330.

קדוש ברוך הוא לא אתרעי אלא בנשמתא: אבל בגופא לא: דהא נשמתא איתי דמיא לנשמתא: מחי לגופא בגין דתשלוט נשמתא.


Id eſt: Deus benedictus non complacet ſibi, niſi in ſpiritu: non autem in corpore; quia ſpiritus ſpiritui ſimilis eſt: percutit corpus, vt dominetur ſpiritus iuxta illud Eſa. 53. v. 10. Complacuit ſibi dominus conterendo eum in infirmitate ad inſtar lapidis, quem malleo probat architectus. Eſa. 28. v. 16. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretioſum. Quamobrem quicumque vult placere Deo, placeant etiam illi dolores, quibus vult illum affligi Deus; immo & ipſe ſe illis ſubiiciat (quomodo. Iob. 42. v. 6. Idcirco abiicio me, & pœnitentiam ago in puluere, & cinere) vt quemadmo-


dum ſapiens diligit corpus, & fouet, dum ab eo iuuatur animus; ſic etiam illum, quum ab eo impeditur, tædio affectus, vrgente vehementiori ſpiritus amore caſtiget. Hoc humanæ naturæ conuenire probant eleganter Platonici. Cum omnium, inquiunt, diuinarum mentium proprium ſit, quod ſuperiora intueantur, quodque inferioribus prouideant; idem quoque animæ noſtræ eſt proprium, quæ non modo corpus ſuum, ſed etiam terrenorum omnium, & ipſius terræ corpus curat, & colit. ſed hæc prouidentia quanto grauior eſt, quia res curat fragiliores, ineptioreſque ad ordinem obſeruandum, tanto magis diſtrahit à ſpeculandis ſuperioribus; neque tamen omnino: nam per intellectum omne verum inquirimus; per voluntatem omne bonum amamus; per operationes Deum, qui omne reuera bonum eſt, colimus. Tria hæc honeſtatis officia ſignificant animam etiam in tanta maris huius tempeſtate cœleſtia ſemper ſuſcipere, quibus ſuſcipiendis vehementiori illorum amore quotidie capitur. Amore huiuſ-

modi ferueſcente deferuet paulatim corporis amor, per quem vitiatus fuerat animus, & vitiĩ maculæ abolentur. Sic animus nunquam cogitur aliunde; ſed amore ſe mergit in corpus, amore emergit è corpore.

Sicut gramen rubrum.

LEgimus in libro. *Pulais Aromatarius.* כוורדא סומקא sicut roſa rubra.





AD CAPVT TRIGESIMVM quartum.

Postquam vidi dignitatem eius qui componit &c.



N libro *Succus malorum granatorum.*

ועם זה יובן מעלת העוסק בסודות התורה בעולם הזה כי בעולם הזה יפעל פעולות ומצות העולם הבא.

Id est: Præterea intelligetur dignitas illius, qui versatur in mysteriis legis in hoc mundo: quia in hoc mundo facit opera, & præcepta mundi futuri. Ita Plato in Phædone philosophorum dignitatem docte proponit. Et quidem, inquit, videntur ii, qui ceremonias nobis constituerunt, non inepti, vilesque homines extitisse: sed reuera verborum inuolucris significare voluisse veræ virtutis funda-

mentum esse sapientiam; quum nimirum dicerent eum, qui non initiatus, proque sacrorum more expiatus ad inferos descenderet, in luto prouolutum iri: eum vero, qui expiatus, sacrisque rite initiatus ad inferos descenderit, cum diis habitaturum. In ipsis enim, vt aiunt, cerimoniis:

εἰσὶ δὴ ναρθηκοφόροι μὲν πολλοὶ, βάκχοι δέγε παῦροι.

οὗτοι δ' εἰσὶ κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν οὐκ ἄλλοι, ἢ οἱ πεφιλοσοφηκότες ὀρθῶς. id est.

Multos thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos.

Illi vero mea quidem sententia, non alii sunt, quam ii qui recte philosophantur. *Paulo post.* Siquidem purus animus decesserit, nihil à corporis contagione secum trahens; quippe qui nihil cum eo, quum vita maneret, volens & sponte communicaret, sed illud auersaretur, & fugeret; ipseque in sese collectus, in hoc vnum omni cogitatione incumberet. τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ ὀρθῶς φιλοσοφοῦσα, quod quidem nihil aliud est, quam recte philosophari. Nonne igitur sic

comparatus animus ad diuinum quoddam sibi simile proficiſcitur; diuinum, inquam, & immortale, & ſapiens? quo cum peruenerit, omnino fœlix euadit, ab errore, ignorantia, terroribus, feris amoribus, aliiſque humanis liberatus malis: & quemadmodum de initiatis, inauguratiſque dici ſolet, reuera reliquum tempus cum diis degens.



AD CAPVT TRIGESIMVM quintum.

Vrunt neque vritur.



Vomodo animæ, quæ ſunt ſpiritus vri poſſint; ſiue pati à corporibus, docet R. Mekir Aldabi in libro. *Viæ fidei.*

ידבק רוח החיים עם הנשמה יב״ חדש לאחר המות
שהנשמה בגן עדן או בגיהנם לקבל גמול או עונש
נשמי כפי מעשיהם. ולזה כיונו רז״ל באמרם שהקבה״

דן הנשמה והגוף יחד רל" הרוח החיים שהוא יוצא עם הנשמה מן הגוף ועדין הם מחוברים יחד עד לאחר יב" חדש: ועל ידו תקבל הנשמה עונש גשמי כי בלעדיו לא תקבל אש של גיהנם כמו שהכים לבדם אינם נשרפין: ובהתערבם עם הקמח להיות לחם נשרפין.

Paulo post.

אמנם יש נשמה שיחובר עמה הרוח כמה שנים כדי לשלם לה שכרה בגן עדן אם לא זכתה עדיין לעלות אל צרור החיים: וכן יש רשעים שרוחם מחובר עם גופם כדי לשלם להם ענשם בגיהנם.

Id est: Adhærebit spiritus viuens תן Neschamah per duodecim menses post mortem, quum Neschamah est in horto Eden, vel in gehenna, vt recipiat mercedem, aut mulctam corpoream secundum opera sua. Et hæc est intentio Rabbinorum nostrorum beatæ memoriæ, dum dicunt Deum benedictum iudicare Neschamah & corpus simul: scilicet spiritum viuentem, qui exit cum Neschamah è corpore: & adhuc post mortem simul vniuntur per duodecim menses, illoque medio recipit Neschamah pœnam corpoream, namque sine eo non pateretur ignem gehennæ; quemadmo-

dum aquæ ſolæ non comburuntur; ſed quum farinæ admiſcentur, & fit panis. *Paulo poſt.* Aliquando ſpiritus manet vnitus 𝔗𝔶 Neſchamah per multos annos, vt retribuatur illi merces in horto Eden, ſi hactenus non extiterit digna, quæ poſſit aſcendere ad faſciculum viuentium. Sic etiam ſpiritus impiorum adiunctus manet corpori, ad complendam mulctam eorum in gehenna.

Aliam rationem affert R. Moſes bar Schētof. Quidni, inquit, animæ igne purgari poſſint, cum ab igne ſint productæ:
ויש לנו ללמוד מסלמנדרא שאומרין שעושין מצמר
קטן שבה בגד ואותו הבגד אינו נרחץ זולתי באש
מפני שאותו הבגד בא מאותה סלמנדרא שהיא חיה
כמו עכבר הנמצא בתנורי הזכוכית ותולדותה מהאש
וסבתה מכח האש והבגד העשוי ממנה אין רחיצתו
זולתי באש והנשמה שהיא ממש תולדת האש על
אחת כמה וכמה שאין טהרת לכלוכה זולתי באש.
Id eſt: Diſcere id poſſumus ex ſalamandra, ex cuius quadam tenui lana dicunt fieri veſtem, quæ purgari non poteſt, niſi igne: quia illa veſtis eſt ex ſalamandra; quæ eſt animal ſimile muri, qui reperitur in fornacibus vitri; gigniturque ab igne, &

causatur

causatur à potentia ignis. Ex huiusmodi lana composita vestis solo igne purgari potest; quanto magis animæ sordes necesse est igne mundari, cum ipsa proprie ab igne producta sit.

Præterea si ignis esse possit, quo corpora non comburantur: Quidni è contra esse possit ignis, quo animæ comburantur.

Huiusmodi ignem illum fuisse accepimus, qui apparuit Mosi in rubo. Exod. 3. v. 2. Videbat quod rubus arderet, & non combureretur. Multæ enim, inquiunt, sunt species ignis maxime diuersæ. Quot miracula narrant Rabbini de igne altaris in Gemara tract. de festis lib. de die. Dictum primo fuisse illum ignem de cœlis delapsum, & inextinguibilem juxta illud, Leu. 6. v. 13. Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Deinde

בשעה שאין הקרבן מתקבל ברצון היו רואים מתוך אותה האש דמות כלב רובץ שם אוכל הקרבן ואזי העם היו יודעים שאין קרבנם מקובל ובשעה שהקרבן מתקבל ברצון היו רואים באותה האש דמות אריה רבוץ שם אוכל הקרבנות ואזי יודעים שקרבנם מקובל:

Id est: Quando oblatio non acceptabatur, videbant è medio illius ignis figuram canis ibi iacentis, & oblationem comedentis; tunc intelligebat populus oblationem suam non acceptari: at quando oblatio placebat, & recipiebatur; videbant in eo igne figuram Leonis ibi iacentis, qui oblationes comedebat; tunc intelligebant oblationem suam esse acceptatam.

Est & ignis alterius speciei terrorem incutiens malis; recreans Iustos; qualis fuit ignis qui apparuit in monte Sinai; terrebat improbos iuxta illud Exod. 19. v. 18. Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace: eratque omnis mons terribilis. Recreabat Iustos, vnde cap. 24. v. 18. Erat autem species gloriæ domini, quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum Israël. Sic erat etiam ignis tabularum decalogi.

אש שחורה על גבי אש לבנה.

Ignis niger in medio ignis albi. De hoc igne tabularum Raschi interpretatur

illud Psalmi 29. v. 8. Vox Domini intercidentis flammas ignis. Denique ignis maxime conuenit spiritui, vnde Deus dicitur ignis consumens; Quid ergo mirum est, si ab igne spiritus patiatur.

Sic dant illi mercedem &c.

APud Platonem 10. de legibus Anima, quæ maiore virtute ornata est, quoniam propria voluntate, assiduaque consuetudine vehementius permutata, diuinæ virtuti adhæsit fortius, ex qua arctiori consuetudine singularem quemdam habitum induxit, & similis ei, cui adhærebat, facta est; in locum & sanctiorem, & meliorem commigrat. Nec enim existimandum est vna cum corpore animam perire. Nam si mors esset vniuersi separatio, & dissolutio, ait Plato in Phædone, pro lucro emolumentoque profligatis hominibus deputandum esset, quum mortui essent; vt vna quidem & corpore, & cum ipso quoque animo sua etiam improbitate libera-

